Universitätsbibliothek Paderborn

# Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

**Luther, Martin**

**Basileae**

**VD16 L 5540**

Psalmvs Qvintvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Visual Library

Qua propter ſunt uehementer deteſtādi & damnandi quidam Theologiæ (ut uocant) doctores, qui nos docent dubios & incertos eſſe debere an ſimus in gratia dei, ac per hoc an ſit deus noſter, & nos populus eius, & inuenerunt nobis diſtinctionibus ſuis, ꝙ ſacramenta, quo ad autoritatem & uirtutem dei operantis in illis, certum effectum gratiæ operantur, ſed quo ad ſuſcipientem incertū, operātur, & hanc dubitationē aſſerunt eſſe piam. O peſtilētes, ſi enim hoc uerum eſt, & quilibet Chriſtianus ita debet pie dubitare, iam periȷt articulus ille fidei certiſſimus: Credo Eccleſiā ſanctam, ſanctorū communionē, quia de me nō debeo aſſerere ꝙ ſum ſanctus, nec tu de te, nec ullus de ſe, ergo oēs ſumus incerti. Atq; ita oēs incerti ſumus, an deū habeamus, ac periȷt tota Eccl'ia. Sed faceſſant ſtultiſſimæ & impiȷſſimæ iſtæ hæreſes: Vnuſq; ſq; id curare debet, ut nullo modo dubitet ſe habere deum, hoc eſt, patrem, creatorē, ſaluatorem, & oīum bonorum largitorem, ut poſſit ſingulariter & in ſpe habitare, & non ſicut mare incōſtantiſſimū feruere, q̄d de impiȷs Iſaias dixit. Si enim de ſanctis id credis ꝙ ſint ſecuri & fidentes, cur non etiam de te ipſo idem credis, qui ſanctorum ſimilis eſſe cupis, qui idem baptiſma, eādem fidem, eundem Chriſtum & oia eadem accepiſti? immo impiȷſſime credis aliud de te, & aliud de ſanctis, qui doces oportere eos dubitare, ſicut tu dubitas: Aut ergo male doces, piam dubitationem, aut impie credis eſſe certum, quod dubitare iuſſiſti, quia fides in dubiam rem non nititur. Neq; ego credidiſſem has impias fabulas & peſtilentiſſimas opiniões in Eccleſia Chriſti, uel occulte ſerpere, niſi & legiſſem & audiſſem magnos Theologos, eas ꝓ articulis fidei certiſſimis ſtatuere & tueri, contrariamq; Catholicam ſententiam, pro hæretica damnare: Tāta eſt cæcitas optimatum Eccleſiæ, tantus furor dñi. Sed hæc alias, & cum aliȷs.

*De inſania & peſtilitate Theologorū.*

*Conſtāter ſperandū & non dubitandum.*

## PSALMVS QVINTVS.

### Ad uictoriam pro hæreditatibus pſalmus Dauid.

Quid ad uictoriā ſignificet pſalmo præcedēte, ſemel ꝓ oībus dictum eſt.

De hæreditatibus multa lego, ſed nihil quod meæ hebetudini ſatisfaceret: Nam quod Lyra & ſui hoc loco ſapiunt, ego non ſapio, nec capio. Mihi quod uidetur, dicam: Certum eſt hoc pſalmo non agi de paſſionibus & tribulationibus, nec enim perſona pſallentis ullo in uerbo hoc ſonat, ſed uniuerſa querela eſt ſuper iniquis & iniuſtis & malis. Quare ſcopus eſt meo iudicio talis, ꝙ Propheta orat contra hypocritas, operarios ſubdolos, falſos prophetas, qui populum dei, & hæreditatem Chriſti humanis & ſuis traditionibus ſeducunt, quales Chriſtus Matth. vij. & Ioan. x. Lupos rapaces: Apoſtolus Tit. j. Vaniloquos & mentium deceptores, uocant. Et ut ad noſtra ſecula ueniamus, ſicut pſalmo præcedēte iuris, ita in hoc Theologiæ impiā profeſſionem & abuſum perſequitur. Cum uero omnium ſit nocentiſſima perſecutio, quæ ſub ſpecie ueritatis & pietatis graſſatur (ut quæ nomen dei ſemper prætexit) & hæreditates dei maxime omnium uaſtat, ideo uehementiſſimis æſtuat affectibus, tot repetitis uerbis orat, tot nominibus impios accuſat, totuſq; ardet zelo, ut de ſe ipſo poſſit dicere illud pſal. lxviij. Zelus domus tuæ comedit me. Nam nec in ullam rem Chriſtus quoq; Petrus & Paulus æque ardent & ſolliciti ſunt, atq; in hos phrenapatas & operarios mercedum, in quos & Prophetæ toti inſurgunt. Igitur falſos ꝓphetas, hypocritas, hæreticos, ſuperſtitioſos & omne illud

*Scopus huius pſalmi.*

*Nocentiſſima perſecutio.*

*In hypocritas Chriſtus & Apoſtoli inſurgunt.*

hominum genus, qđ uerbo dei adulterato, & falſa operum ſpecie, popul[um]
dei deuorat, hoc pſalmo taxari uidebimus. Recte ergo titulus ꝓ hæredita[tibus]
ſeu ad hæreditates dicit, ꝙ cupiat populum dei, dño ſuo ſeruare. Populus e[nim]
dei eſt hæreditas domini, ut pſal. xxxiij. Beata gens, cuius dominus deus e[ius]
populus quem elegit in hæreditatem ſibi. Et pſal. xlvj. Elegit nobis hæredi[ta]
tem ſuam, ſpeciem Iacob, quam dilexit, quod & pſal. ij. dictum eſt: Dabo t[ibi]
gentes in hæreditatem, & multis alijs locis.

*Hæreditates Chriſti, populi Chriſtiani.*

Dicit uero plurali numero hæreditates, cum ſit una hæreditas Chriſti, q[uia ne]
ceſſe ſit eam diſtribui in diuerſa loca, ꝓpter multitudinem, quam nequit un[us]
docere ac regere. Proinde ut multi ſunt paſtores & diſpenſatores unius hære
ditatis dei, ita & multæ hæreditates illis cõcreditæ. Quo fit, ut multi in diuerſi[s]
oriantur deceptores & diſſipatores eiuſdem. Sed & hoc indicat magnum aff[e]
ctum prophetæ, ꝙ populum dei uocabulo magis hæreditatis, ꝗ̃ Eccleſiæ, po
puli, aut ſynagogæ, appellat, ut magis & inuidiam diſſipatoribus, & gratiam
ſibi paſtoribusq; ſimilibus compararet: Cum unicuiq; maxime dilecta ſit hære
ditas naturali zelo, quanto magis deo, qui Exodi. xix. dicit: Et eritis mihi i[n]
peculium, unde & infra dicit: Quoniam irritauerunt te domine. Simul eo ipſo
ſcopum totius pſalmi ſubindicat pulchra metaphora, nam hæreditates opor
tet excolere, exercere, & operari, ut fructificent, & meliores reddãtur. Quibus
ob hoc multæ ſunt inſidiæ, deinde hoſtes & uaſtatores. Ita populus dei indiget
operarijs doctoribus & rectoribus, quorum induſtria deo colitur, & exercetur
per uerbum dei. Rurſus malis magiſtris perditur & uaſtatur, ideo ꝓ hæredita[ti]
bus & de earundem cultoribus hic canitur.

Illud addendum, ꝙ nõ tantum de Eccleſia Chriſti pſalmus intelligẽdus eſt
ſed de omni, omnium ſeculorum populo dei, qui ſemper habuit ſuos ſeducto
res & perſecutores. Ita ut iuxta titulum ſit generalis ſententia pſalmi pro hære
ditatibus. Nihil etiam repugnarim, immo maxime acceſſerim; Si hæreditates
quiſpiam intelligat duo & contraria hominum genera, quorum alterum ſuis
uiribus, alterum gratiæ dei nititur, quanq; in idem omnia cadunt.

VERBA mea auribus percipe domine, intellige clamorem me
um. Intende uoci orationis meæ, rex meus, & deus meus,
quoniam ad te orabo.

Sic hebræus hos duos uerſus diſtinguit: Vltimam autem ſecundi uerſus par
ticulam, noſter textus ad ſequẽtem uerſum nectit, dicens: Quoniam ad te ora
bo domine &c. Parum quoq; differt Hieronymi translatio, niſi ꝙ pro clamo
rem meum, rugitum meum, quod Lyra cogitationem meam; Et pro uoci ora
tionis meæ, uoci clamoris mei dicit.

Et hic meo ſenſu primus cogor periclitari, dixi enim hunc pſalmum maxi
me pugnare aduerſus Iuſticiarios & Theologos impios, quorum officium
omnium unum, ſuperbiam cordis alere, ſicut & beata uirgo eos deſcribit: Di

*Superbia hæreticos facit.*

ſperſit ſuperbos mẽte cordis ſui. Omnes enim impietatis doctrinæ, de ſuperbiæ
radice ueniunt, ita ut & hæreſim matrẽ appellet, ſanctus Aug. in multis locis,
ſuperbiam, ſiquidem ſola humilitas recte docet, ut Prouer. xj. Vbi fuerit ſuper
bia, ibi erit & contumelia, ubi autem humilitas, ibi & ſapiẽtia. Impoſſibile eſt
enim, ut ſuperbus non ſit contumelioſus, omnes uituperet & iudicet; ut in

Phariſæo

Phariſæo Euangelico contra Publicanum humilem peccatorem, & Simone
ſproſo contra mulierem peccatricem, monſtratum eſt. Quare propheta in ſui
tempo ris hypocritas intentus, qui iuſticia operum miro modo inflati, magna
iuxta peccata inuidiæ, ſuperbiæ, auaritiæ, & ſimilia nihil ducebāt, nec gratiam
dei ſibi neceſſariam credebant, ſecure in uia ſua ambulantes, ſine timore dei,
ſicut ſemper faciūt, fecerunt, faciēt omnes, q ſunt huiuſmodi. Incipit pſalmum
ab oratione humiliter dei gratiam quærens, ipſo facto primum eorum arguens
ſuperbiam. Ac ſi dicat, impij iſti ſaturi ſunt, ſancti ſunt, iuſti ſunt, ſani ſunt, me
dico non egent, nec gratiā tuam, qua iuſti fiant, quærūt. Ego aūt pauperculus
plenus omni peccato, qui de me meiſq́ operibus & uiribus deſpero, nihil ha-
beo, qđ agam, niſi q̄ orem & implorem miſericordiam tuam.
Vnde hic ſignanda eſt, pulcherrima differentia legis & fidei ſeu ſpiritus & *Differētia le gis & fidei.*
literæ, quam beatus Aug. de ſpiritu & litera tradit, dicens: Lex factorum dicit
homini, fac quod iubeo. Lex autem fidei dicit deo, da quod iubes. Et iterum:
Quod lex factorum minando imperat, hoc lex fidei credendo impetrat. Hinc *Theologi iu- ſticiarij.*
populus legis dicit: Ego feci, & ſuperbit uelut operibus legis & ſuis iuſtifica-
tus: Populus fidei dicit, oro, ut facere poſſim, ille confidens operibus, dei mi-
ſericordiam non quærit, hic iuſticiam ſuam pro ſtercore ducens ſolam miſeri-
cordiam dei ſuſpirat. Sic & Apoſtolus Ro. x. Ignorantes iuſticiam dei, & ſu-
am quærentes ſtatuere, iuſticiæ dei non ſunt ſubiecti. Ita litera ſemper inflat
& occidit, ſpiritus humiliat & uiuificat, quia humilibus deus dat gratiam, &
ſuperbis reſiſtit.
Magno affectu autem orat, qui triplicata oratione orat. Nec tamem aliam
cauſam orandi aſſignat, q̄, q̄ ſit oraturus & exaudiendus. Quoniam ad te, in-
quit, orabo, mane & exaudies. Quare autē orabis & exaudieris? quia (inquit)
non uolens iniquitatem deus tu es. Quid hoc? nempe q̄ deus humiles miſeri-
cordiæ ſuæ oratores amat, faſtidioſos iuſticiæ præſumptores odit. Ideo, ecce
orabo, quia ſcio tibi placere, ſcio iſta uelle te, ſcio ita præcepiſſe te, ut homo de *Oratores hu- miles uult de us.*
ſe deſperans, tuam miſericordiam iuſtificātem petat. Vis, inq̄, ut homo ſe pec-
catorem agnoſcat, & totam uitam ſuam aliud nihil eſſe ducat, q̄ orationem,
deſyderium, gemitum, ſuſpirium ad miſericordiam tuā. Sicut Lucæ. xij. Opor *Tota hominis uita.*
tet ſine intermiſſionē orare. Et pſalmo. ciiij. Quærite faciem eius ſemper. Hoc
cum impij præſumptores non faciant, uel ad momentum aliquando faciant,
immo ſimulent ſe facere, cum reuera ſibi ſaturi ſint, merito eos odiſti, ut qui
nec ſua, nec tua agnoſcant.
Ordinem uide & uim uerborum, uerba, clamorem, uocem orationis. Item
auribus percipe, intellige, intende. Vrgentiſſimum orantis affectum hæc uer-
ba probant: Primum, auribus percipe, id eſt, audi, ſed parum ſit audiſſe uerba, *Vrgens affe- ctus orantis.*
niſi & intelligas clamorem ſeu rugitum ſeu cogitationem, ac ſi more uulgari
diceret, infacūdus & anxius loquor quidem, ſed non poſſum, quantum uelim
intelligi, ideo qđ minus dico uerbis, tu abundātius intellige ſenſu: Ideo addo
clamorem, ut quod uerba nō exprimūt audienti, clamor ſignificet intelligēti.
Vbi autem & intellexeris, tunc o domine, intēde & aduerte ad uocem oratio-
nis meæ, ne deſpicias audita & intellecta. Non quod in deo, aliud ſit audire,
intelligere, intendere, quēadmodum apud homines, ſed quod affectus noſter
in deum hoc modo augendus eſt, ut primum deſyderemus audiri, deinde audi
ta intelligi, & intellecta intendi, ſeu non negligi. Et in his tribus pene abſol-
uuntur tres illæ orationis partes procemiales, quæ ſunt, reddere beneuolum,

docilem, attentum, quod hic cauſam ſuam deo dignam, facilem, honorificam tamq́ꝫ, ſibi uero neceſſariam eſſe commendat.

*Habere regẽ & deum.*

Rex meus & deus meus. Hic plane percutit impios iuſticiarios, ut qui ſine rege, ſine deo agunt, ſibimet ſufficientes. Atq́ꝫ hoc unum eſt uerborum, quo ſcopus huius pſalmi tangitur, habere enim regem & deum, eſt de ſe nihil præſumere, regendum ſeſe præbere deo, ac ductilem eſſe: Deinde omnia deo accepta & accipienda referre, quod illi nequaq́ꝫ faciunt, aut ſimulate faciunt, quia non parum & ſibiipſis tribuunt, immo dum non omnia deo tribuunt, nihil tribuunt. Qui enim aliquid ſibi tribuit, iam gloriam quoq́ꝫ ſibi tribuit, atque gloriam ſibi tribuit, omnia ſibi, nihil deo tribuit, cui aut tota aut nulla gloria tribuitur, nec enim diuidit eam aut communicat, ſicut dicit: Gloriam meam alteri non dabo, Iſaiæ. xlviij. Proinde ipſi regnant, ſed non ex deo, ſibiipſis reges ſunt, ſibiipſis Idola.

Quoniam ad te orabo. Paupertatem ſuam confitetur, nihil habet, niſi quod oraturus ſperat accipere, ut ſit orator nõ operator. Atq́ꝫ in his duobus iterum ſumma totius uitæ noſtræ exprimitur, habere regem & deum. Regit, dum nos a nobis aufert, & ad ſe ducit: Deus eſt, dum nos uenientes ſuſcipit, & ſeipſo, id eſt, diuinis bonis replet. Prior conditio eſt crux, phaſe, tranſitus, ductus a mundo, a uitijs, & omnino mortificatio noſtri: Poſterior, ſuſceptio & glorificatio noſtri. Vnde & beatus Auguſtinus hoc loco dicit: Scripturas ſolere regem appellare filium magis quam patrem. Chriſtus enim gemina natura,

*Regnũ carnis*

utrunq́ꝫ horum efficit. Humanitatis ſeu (ut Apoſtolus loquitur) carnis regno, quod in fide agitur, nos ſibi conformes facit & crucifigit, faciẽs, ex infelicibus & ſuperbis dijs, homines ueros, id eſt, miſeros & peccatores. Quia enim aſcendimus in Adam ad ſimilitudinem dei, ideo deſcendit ille in ſimilitudinem noſtram, ut reduceret nos ad noſtri cognitionem. Atque hoc agitur ſacramento incarnationis, hoc eſt regnum fidei, in quo crux Chriſti dominatur, diuinitatem peruerſe petitam deijciens, & humanitatem, carnisq́ꝫ contemptam infirmitatem peruerſe deſertam reuocans. At regno diuinitatis & gloriæ, configu-

*Regnum gloriæ.*

rabit nos corpori claritatis ſuæ, ubi ſimiles ei erimus, iam nec peccatores nec infirmi, nec ductiles aut rectiles, ſed ipſi reges & filij dei ſicut angeli, tunc dicetur, deus meus in re, quod nunc in ſpe dicitur. Quare nõ inepte prius dicit, rex meus, & poſtea deus meus. ſicut & Thomas Apoſt. Ioan. ultimo: Dominus meus & deus meus. ꝙ prior Chriſtus ſit homo, q̃ꝫ deus apprehẽdendus, prior humanitatis huius crux, q̃ꝫ diuinitatis eius gloria petenda: Chriſtus homo habitus, Chriſtum deum ſponte ſua adducet.

Dura ſunt hæc carni noſtræ, quæ mallet Chriſtum deum q̃ꝫ hominem, gloriam enim præ cruce petit, gloriam per crucem quærere horret, ſicut Moſes a ſerpente fugit, cuius tamen caudam cum apprehendiſſet in uirgam uerſo colubro, glorioſus fuit in miraculis & deus Pharaonis conſtitutus. Exodi. j.

Domine mane exaudies uocẽ meam, mane aſtabo tibi & uidebo.

*Mane, in ſcripturis quid ſonet.*

Labor eſt ante, donec intrem in ſanctuariũ huius uerſus & intelligam eum. Duo ſcio, unum, ꝙ mane in ſcripturis myſtice ſignificat tempus gratiæ, quod Chriſtus ſol iuſticiæ gratioſe oriens illuminat, quoties homines uiſitat. Alterum, ꝙ tempori matutino, ad literam, potiſſimum tribuũtur opera ſacra & diuina, ut orare & docere, quo figuratur, mane illud myſticum. Hinc eſt, ꝙ in ui-

gilia

gilia matutina reſpexit dominus ſuper caſtra Aegyptiorum & ſubuertit eos, Et pſal.xlv. Adiuuabit eã deus uultu ſuo mane. Et pſal.lxij. In matutinis meditabor in te. Sed & de impijs doctoribus dicit pſalmus: Vanum eſt uobis ante lucem ſurgere, qui manducatis panem doloris. Apertius in idem Micheas.ij. Væ qui cogitatis inutile. (heb. עון auen, id eſt, iniquitatem) & operamini malum in cubilibus ueſtris, In luce matutina faciũt iſtud, & cõtra dominum manus eorum. Hoc faciebant, quãdo (ut Iſaias.x.ſcribit) falſas leges legiſq́ interpretationes a ſe excogitatas populum docebãt, quibus populum deuorabant tam in anima q̃ corpore, ita ut guttur eorum recte ſepulchrum patens appelletur. Vnde ſequitur ibidem: Et concupiſcerunt agros & rapuerunt domos, & calumniabãtur uirum & domum eius, uirum & hæreditatem eius. Amos.iiij. Offerte mane uictimas ueſtras &c. His ſatis ſit matutinum tempus datum fuiſſe olim, ſacrificijs, iuſtificationibus, doctrinis, lectionibus, & omnino rebus diuinis, ſicut hodie quoq; in Eccleſia ſeruatur idem.

Sepoſito ergo interim myſtico matutino, temporale ſequar quantum poſſum, neſcius an recta ſim diuinaturus. Mane enim ſemper eſt tributum diuinis, licet non ſemper ſit recte tributum. Videtur mihi Propheta ſe cum hæreditatibus dei ſecernere, ſi non loco & tempore, certe affectu & uoto, tam ab impijs doctoribus & auditoribus, q̃ ab impijs operatoribus, utroſque enim hoc loco accuſat, ut cui cum reliquis conueniendum quidem ſit, mane ad rem diuinam & legem dei audiendam. Verum quum illi legem dei deprauent ſuis traditionibus, aut non recte doceant, ac per hoc impie quoque uiuant & agant etiam ſacra & bona, loquantur autem fabulas ſuas, quo placeant uulgo, & pingueſcant, ſicut in Prophetis multipliciter arguuntur, & hodie quoque in Eccleſijs paſſim uidemus & audimus pro fœdiſſimo quæſtu nihil non tentari in templis & contionibus: Optat & orat Propheta, ut exaudiri mereatur, & ut deum ſuum audire, non uerbum hominis, ſed uerbum dei, dignus fiat. Nam illi faciunt, ut Iſaias. xxviij. ſcribit: Populus ad iracundiam prouocans eſt, & filij mendaces, filij nolentes audire legem dei, qui dicunt uidentibus, nolite uidere, & aſpicientibus, nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt, loquimini nobis placentia, uidete nobis errores, auferte a me uiam, declinate a me ſemitam, ceſſet a facie noſtra ſanctus Iſrael. Quos & Paulus ad Timotheum deſcribit, dicens: Et a ueritate quidem auertent auditum, & ad fabulas conuertentur.

*Hij ſunt noſtrorum hæreticorum combuſtores.*

Eſt ergo ſenſus: Infelix ego, qui in populo ſum, qui uera audire nolit, & qui uerbum crucis exhorreat: Amet autem magiſtros prurientes auribus, ut Iſaias. vj. dicit: In medio populi polluta labia (propter impias eorum doctrinas) habentis ego habito: Conuenio quidem mane cum eis auditurus te, & ecce non audio te, ſed homines, docent uias ſuas & opera hominum: Iccirco, O rex meus, & deus meus, mane illo me exaudias, quia eo tempore non illis aſto, nec in eos intendo, ſed ad te patet os cordis mei, tibi aſto, tibi offero me, ut tu erudias me, ut uideam & doctus fiam. Iuxta illud: Erunt omnes docibiles deo.

Et ita uides omnẽ æſtum huius Prophetæ in hoc æſtuare, q᷑ uidit populum dei & hæreditates Chriſti, ſeduci & uaſtari, dum non recta docentur, & ſunt omnia plena pſeudomagiſtris & uaniloquis mentium deceptoribus, quod ut eſt malum omnium nocẽtiſſimum, ita uehemẽtiſſime omnium affligit piam animam. Quod enim triſtius ſpectrum? quæ miſerabilior imago, q̃ uidere lupum

 in gregem

in gregem innoxium ouium ſeuientem, ita ut nec unam relinquat uiuam, ita
impius doctor in ſimplices animas Chriſti graſſatur. Nam & hoc ipſum cum
lachrymis Paulus Act. xx. præmonet, dicens: Scio ꝙ poſt diſceſſionem meam
intrabunt in uos lupi rapaces, non parcentes gregi &c.

Et propter hunc affectum & ſenſum certe pene reuoco interpretationem
uerſuum præcedentium duorum, propeq; mihi uidentur rectius intelligi, quo-
dam exuberantiſſimi motus cordis, quibus cogatur dolens propheta multitudi-
nem (ut infra dicit) impietatum eorum intuitus, toties repetitis orationibus
regem ſuum inuocare aduerſus tyrannos hos legum: & deum ſuũ, contra hæc
idola cathedras occupãtia. Nam hic ſenſus magis ad ſcopum quadrat quam
necille multum abhorreat.

*Si iſta ſalutari doctrina populus eſſet iã dudũ imbutus nõ eſſet ita iã contra mẽdaces laborãdũ.*

Sed & hic tertius eidem ſcopo apte concinit, quod non hominum ſed dei
uerbum & opus doceri petit, atq; cum præcedentibus, ita cohæret, uerba mea
O rex meus & deus meus, auribus percipe, intellige rugitum meum, intende
uoci orationis meæ, quoniam ad te orabo. Quid oras? hoc ſcilicet ſumme ne-
ceſſarium donum, ut coercitis impijs magiſtris, mane & tempus locumq; do-
cendi impie occupantibus, me exaudias, quod pro eo tempore peto. Quid au-
tem petis pro eo tempore? Nempe, ut aſtem tibi, tuus ſim auditor te docente
erudiar, te illuminãte uideam, nõ illis prurientibus cum cæteris ſeducar, cum
tu ſis & rex meus qui regat, & deus meus qui ſeruet, atq; ita abſoluta eſt oratio
contra praua dogmata & opera.

Mane, inquit, exaudies uocem meam, mane aliquid orabo, hoc rogo, ut ex-
audias, hoc autem eſt, quod pro omnibus doctoribus & auditoribus uerbi,
quod mane tractari ſolet, oro. Qua ratione, ſicut uix alia in Pſalterio uehe-

*Neceſſario oranda.*

mentior eſt & tot iterata uerbis: Ita non alia omnibus nobis quoq; hodie ma-
gis neceſſaria & ſalutaris, nec fuit, nec erit ulla ꝓ quouis tẽpore magis neceſſa-
ria. Diſcat ob id pius Chriſtianus, primo ſollicitudinis loco habere, ut deum
pro hæreditatibus (exemplo prophetæ huius) æſtuãtiſſime hũc pſalmum oret,
quo uerbum dei floreat in populo dei. Nam populus dei aliunde non uiuit,
paſcitur, ſeruatur, ꝗ uerbo dei, ſicut Mat. iiij. Chriſtus: Non in ſolo pane uiuit
homo, ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Florente enim uerbo dei,
omnia florent in Eccleſia. Nam quæ cauſa eſt, qđ hodie Eccleſia luxu & pom-
pa non modo emarcuit, ſed pene uaſtata eſt, niſi ꝙ poſt habito uerbo dei, leges
hominum & Romanas artes diſcimus?

Ad energiam uerborum Hieronymus ſic trãsfert: Domine mane exaudies
uocem meam, mane præparabor ad te & contemplabor. Nonne hoc uerbum
præparabor ad te facit ad ſenſum prædictum? Quid enim eſt aliud præparari
deo, ꝗ docibilem & ductibilem fieri deo? quo ſimul oſtendit ſe nolle homini-
bus præparari. Huic non diſſentit, quod Ioannes Reuchlin hebræorum ſen-
tentia dicit: Mane ordinabo, ut ſit uerbum actiuum, quo in ſacrificijs ponen-
dis & ordinandis ſcriptura utitur, ut omnino ſignificet animum promptum,
paratum, abnegatum, & (ut dicitur) reſignatam deo in omnes uolũtates eius.

*Animus promptus, uerum ſacrificium.*

Nam hoc demum eſt uerum ſacrificium deo oblatum, ſeſe in hunc modum or-
dinare, offerre, præparare, aſtare, ductilem præbere. Patet autẽ, ꝙ hebræo idio-
tiſmo uerbum nominale ſeu abſolutum eſt, aſtabo, ſeu ordinabo, id eſt, ordina-
tionem, oblationem faciam, ſcilicet, meiĳpſius: Quare nõ inepte tranſlatũ eſt,
aſtabo. Simul docemur ꝙ in audiẽdo uerbo dei, nõ in hominem loquentem,
ſed in deum docentem intendi oporteat.

Sic & uerbum uidebo, abſolutum eſt, pro eo quod eſt, Ero uidens, id eſt, illuminabor, erudiar, ſpeculator fiã, puto, ueritatis & iuſticiæ. Mich. vij. Educet me in lucem, uidebo iuſticiam eius. Neq; enim iuſticiam dei nouit, niſi quem deus erudierit. Cæteri omnes ſunt uaniloqui, q ex ſuo capite loquuntur. Ideo Chriſtus dedit Apoſtolis ſpiritum ſanctum & Eccleſiæ, ut loqueretur ipſe in nobis, nõ nos ipſi, hoc eſt quod hic quæritur, ſi aſtaret hominibus, non uideret ſed cæcus fieret. Iuxta illud Chriſti: Cæcus cæcum ducit. Nũc quia aſtabit, ordinabit ſe & præparabitur deo, uidebit & illuminabitur.

*Myſteria lentus ſequitur.*

Q. ſi cui mane illud myſticum magis placet, q' eſt initium tẽporis gratiæ, q cepit Eccleſia aſtare deo & uidere, nõ repugno, ego myſteria lentus ſequor, ubi literã habere poſſum, nec hoc refutarim, ſi quis mane aſtare & uidere intelligat, ſeipſm offerre, nõ in iuſticia ſacrificiorum, ꝓ prijs tanq; deo datis gloriari, ſed a deo accipiendam iuſticiam expectare.

Quoniam non deus uolens iniquitatem tu es: Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.

Odiſti oẽs q operãtur iniqtatem, ꝑdes oẽs qui loquunt᷑ mẽdaciũ.

Virum ſanguinium & doloſum abominabitur dominus.

Septem nominibus accuſat malos magiſtros & eorũ diſcipulos operarios, tantus illi eſt æſtus pro ſyncera pietatis uita & doctrina, unde hæc uerba in ſpiritu ac fide audire oportet, ſicut omnia uerba dei, nam hij de quibus hic loquitur, ſi laruam & faciem rerum ſpectes, nihil minus erunt, q̃ quod hic de eis dicitur, adeo ueſtiuntur ueſtimentis ouium, & nomine Chriſti. Deniq; horum opinio eſt, ea quæ hic de eis dicuntur, ad alios pertinere, quos ſibi aduerſarios ducunt, quare nec nomina, nec opera hic deſcripta agnoſcunt, ſed potius ita uertunt: Quoniam deus uolens æquitatem noſtram tu es, & habitabimus iuxta te benigni, permanebimus iuſti ante oculos tuos. Amaſti nos operantes æquitatem, ſeruabis loquentes ueritatem, uiros mites & ſynceros magnipendes. Has enim glorias de ſeipſis, hij impij ſomniãt, contraria, quæ hic dicunt᷑, ablegant ad uere pios, iuſtos, & amabiles deo. Et hæc concertatio durat uſq; in mundi finem. Sic Eſau & Iacob colliduntur in utero Rebeccæ. Sic duæ meretrices corã rege Salomone de uiuo filio cõtendũt. Hæretici & pſeudodidaſcali ſemper ſibi, Eccleſiæ, ueritatis, iuſticiæ titulum arrogant & uincunt ſpecie & pompa coram hominibus, coram deo uicti. Catholici uero ſoli habent, & ſine pompa uincunt tandem, quia coram deo iuſti ſunt.

*Ibi diſce impiorum peſſimos.*

Videamus ergo uocabula ſeptem, iniqtatem, malignus, iniuſti, iniquitatis operatores, loquentes mendacium, uirum ſanguinum, doloſum. Quibus ſex mala prædicit, non uolentem deum, nõ habitaturos coram deo, non permanſuros ante oculos dei, odiendos, perdendos, abominandos.

*Impiorum nomina.*

Primum, eſt iniquitas, pro q̃ rectius fuiſſet uerſum impietas, ut enim pſalmo primo dictum eſt, רשע Reſcha, impietas dicitur, unde conſilium impiorum, hæc aũt eſt (ut dixi) ipſa incredulitas, peruerſaq; opinio de deo diuiniſq; uerbis & operibus, & ſi pulchra ſpecie foris ſimulet pietatẽ. Quare deus noſter cum ſit iuſtus & rectus non uolet impietatem, id eſt, nõ deſiderat, non placebit ſibi in ea. Eſt enĩ hoc loco uerbum חפץ haphetz, a q̃ חפצו hephtzo, pſal. j. uenit,

id eſt,

id eſt, uoluntas eius, ſcilicet in lege domini, ſeu deſyderium, ſeu cõcupiſcẽtia. Et huius uerſus ſententiam prope exponit pſal. l. Qm̃ ſi uoluiſſes ſacrificium dediſſem, utiꝗ holocauſtis nõ delectaberis. Cur non uult? cur nõ delectatur? quia ſacrificium ſpiritus contribulati (quod eſt ſacrificium pietatis) deeſt, ideo adeſt impietas, quæ facit ut (iuxta Prouer. xv.) ſint uictimæ impiorum abominabiles dño. Eſt ergo ſenſus: Ideo orabo ad te, ideo peto me exaudias mane, ideo aſtabo tibi & uidebo, ꝙ ſciam tibi prorſus non placere impiorum uera opera, & ſacrificia, ſicut fruſtra præſumũt cæci ipſi, & alios ſecum ſeducentes, dum operibus & ſacrificijs impietatem abſcondunt, ne eam agnoſcant & humilientur, contenti, ac ſi omnia bene habeant, ꝙ opera fecerint. Hoc modo & Iſaias. j. eos arguit: quo mihi multitudinem uictimarum ueſtrarum? Et infra: Lauamini, mundi eſtote. q. d. opera ipſa, donec uos immundi & impij eſtis, ſine fide & ſpe in miſericordia mea (quæ ſola iuſtificat, & impietatem tollit) non poſſunt placere, quãtumuis ſint ſpecioſa: Vos in opera intẽditis, & ſcd'm faciem iudicatis, atꝗ ita pij & iuſti uidemini uobis: Ego autem in cor ueſtrum uideo, & ſcd'm ueritatẽ iudico, atꝗ ita uos impios inuenio. Sicut & Chriſtus Phariſæis dicit: Vos eſtis, qui iuſtificatis uos corã hominibus, deus autem nouit corda ueſtra. Hoc uult hic uerſus dicens: Non uolens impietatẽ deus tu es, non falleris operum ſpecie, ut impietatem cordis ſuſcipias, fallunt potius ipſi, qui hac operũ larua decepti, impietatem hãc nunꝗ agnoſcũt, & dũ ſe maxime tibi placere putant, minime omnium placent.

*In laruas operum.*

Ita & illud: Neꝗ habitabit iuxta te malignus, heb. רע ra, id eſt, malus uel malum, ut uel impium, uel impietatem referre poſſit, ubi enim impietas, infidelitas, incredulitas regnat, ſimul malitia ſeu malignitas regnat: Deſertus enĩ a gratia bona dei, ad quid ualet, niſi ad malum? Itaꝗ malignitatem hoc loco, conuenit intelligi ipſam radicem & totum fermentum uetus malitiæ & nequitiæ, quo inclinati ſumus (fidei gratia uacui) in omne facinus ruere, data occaſione, ſicut Chriſtus ad Apoſtolos ait: Vos cũ ſitis mali, noſtis bona data dare filijs ueſtris. Hæc ſane malicia pulchre ſe abſcondit ſub ſanctis & pijs in ſpecie operibus, donec occaſione irritata ſeipſam prodat: Multos uideas mites, humiles, benignos in uerbis & ſignis & factis, quos ſi digito tangas, mox crudeliſſimos & inflatiſſimos omnia mala facere promptos reddas, qui hodie titulo honeſtiſſimo, paſſionati uocantur, quod propter ſpeciem bonæ conuerſationis malignos non licet appellare, interim ſecure pereũtes ipſi, & perdentes ſimul, ſi quis eorum exemplo ſecurus hanc malignitatem negligat mortificare. Paſſiones enim malitiæ eiuſmodi indicium ſunt, deficientis ibi pietatis, (id eſt, fidei in deum) & regnantis impietatis: Non ergo hij morabuntur apud deum nec habitabunt iuxta eum.

*Malignitas humana.*

*Paßionati.*

Tertio, ſequuntur iniuſti, ſiue ijdem ſiue alij, quos hebræus uocat הוללים hollælim, quod proprie eorum eſt, qui foras erumpunt in opus & præuaricantur & malum faciunt in uerbo & opere (Impietas ſane & malignitas frequentius latent, niſi cui lex ſpiritualis manifeſtata eſt, qua ſe malum cum Apoſtolo Ro. vij. agnoſcit) faciuntꝗ arborem malam, ſed fructus eius proferunt, holælim ſequentes malitiã cordis impij ſui. De quibus Eccleſiaſtici. x. Initium uerborum oris eius ſtultitia, & nouiſſimũ oris illius הוללות רעה holeloth ra, quod errorem peſſimum tranſtulerunt. Patet ergo adhuc ordo pulcher uerborum, primũ, impietas, quæ fit ut, ſine gratia dei adiuuante, ſimus nobis relicti, quam ſecũda mox ſeqtur malicia, qua proni ſumus facere quod in nobis eſt,

id eſt,

Id eſt omne malum. Tertia iniuſtitia, prævaricatio ipſa fructus huius impietatis & malignitatis. Verum nec hi permanebunt ante oculos tuos, ſeu ut hebræus habet: Nō ſtatuent holælim in conſpectu oculorū tuorum. Eſt autem uerbum ſtatuent, idem omnino quod pſal. ij. in præterito tranſtulerūt: Aſtiterunt reges terræ, pro aſſiſtēt uel ſtatuent, id eſt (ut abſoluti uerbi pateat ſignificatio) aſſiſtentiā ſui facient: ita hic, non aſſiſtent, nō ſiſtent ſe corā domino, nō apparebunt &c. quod tn̄ ꝗ͂ maxime credūt, falſi ſuis opinionibus & operibus, nec enim ſe male facere credunt, etiam dum male faciunt.

Quarto, Odiſti oēs qui operanẗ iniquitatē. Hanc oratiunculā frequēter in ueteri teſtamēto legimus: quæ per uerbū פעל Paal, qđ pſal. primo poſuimus ſignificare id ꝙd agere uel operari apud nos, & ꝑ nomē און Auen, ꝙd uarie & inconſtāter tranſlatum eſt (ut uidebimus) ſcribitur. Video aūt prophetas præſertim Oſeā. x. Velut illudētes pro בתאל Bethel, בתאון Bethauē, appellare locum in quo Hieroboam primus rex Iſrael uitulos aureos conſtituit adorādos. ne populus Iſrael in Hieruſalē immolaturus iret, tandē a ſe deficeret ad regem Iuda: ut legitur. iij. Regum. xij. Atqꝫ ubi Bethel. i. Domus dei dicendū fuit, Bethauen dicūt, qđ alij domū Idoli (ſcilicet, a cōtraria ſignificatione) Rectius autem, domū iniquitatis ſeu idolatriæ transferunt: Horum ſecuti ſenſum, placet per Auen, iniquitatē & Idolatriā intelligere: Idolatriā uero non eā ſolum, qua Idolis ligneis & lapidibus ſeruitur, ſed multo maxime eā, quā Samuel. j. Regum. xv. magna autoritate contra Saulem diffinit & pronunciat in hunc modum: Nunquid dn̄s uult holocauſta & uictimas & nō potius, ut obediaẗ uoci dn̄i: Melior eſt enī obedientia, ꝗ͂ uictimæ, & auſcultare magis ꝗ͂ offerre adipē arietū: qm̄ quaſi peccatū ariolādi eſt repugnare, & quaſi ſcelus Idolatriæ, nollē acquieſcere. Hæc igiẗ religio Saulitica, furens inobedientia, peruerſa ſuperſtitio. Infelix Auen, ſicut in ſcripturis ubiqꝫ acerrime arguiẗ in ueteri teſt. regnaſſe: Ita & hodie nulla peſtis atrotius bachatur, dū quiſqꝫ officio in quod uocatus eſt, deſerto alio & a ſe inuento ſtudio ſeruire deo conaẗ. Ita Epiſcopi qui ſunt optimi officio uerbi & curandi populi uel indigniſſimis & indoctiſſimis relicto, ſuis peculijs, aut ædificijs ac redditibus ſplēdoribuſqꝫ ſuæ Eccleſiæ augendis incumbūt, obſequiū deo præbere ſe arbitrātes ꝙ ſunt inobediētes. Sacerdotes quoqꝫ & religioſi quiqꝫ ſanctiſſimi, ꝙduis pro deo faciūt potiuſ ꝗ͂ ſuū officiū, nā de malis, hic nihil dicimus: Romana curia uero extra hāc etiā aleam poſita eſt. Deniqꝫ latius hæc infelicia inobedientiæ ſtudia inualuerunt ꝗ͂ ullus proſequi poſſit. In omni enim genere uitæ apud Chriſtianos hoc inuenias, ꝙ poſthabita præceptorū dei obſeruantia, in ſuis traditionibus & opinionibus, deū colūt. Hæc eſt Auē, inqꝫ, ſpecies illa operū qua ſupra dixi, uelut umbra Behemoth, tegūt impietatē malignitatē & quāuis trāſgreſſionē. Oīno hæc ueſtis luporū & peſtilens hypocriſis ſyncerā pietatē & Chriſtianā religionē atrociore uaſtitate populaẗ ꝗ͂ ullus gladius, fames, peſtis &c.

*Hoc conſilio tot traditionū pon. prodierūt, ne populus ab ipſis deficeret ad euāgeliū.*

Vide ergo ꝗ͂ incendiẗ & propheta aduerſus impiam hanc pietatem & irreligioſiſſimam religionem ꝙ nullam acrius deteſteẗ dicens: Odiſti omnes qui operantur iniquitatem. Omnes, inquit, & odiſti, in cæteris non addit omnes: hic ne maledicta ſupſtitione falſi ſe placere putēt, pronūciat odio dei dignos, & omnes nullo excepto. Nam uere & apud homines diſplicent, peruerſa iſta obſequia, quæ prætermiſſa obediētia fiunt. Quis enim ferat ut paſtor, cui commiſſæ ſunt oues, ouibus relictis, incipiat domino in cubili miniſtrare: Et ut erudite habet fabula Aeſopi de aſino, qui caniculæ blanditias imitari uolens,

fuſtibus

fuſtibus cæſus eſt, ꝙ ſuũ officium deſerens, alieno ſe miſcuerit. Hæc eadem peſtis facit, ut multos pœniteat ſui ordinis, ſui ſtatus, ſuæ uocationis, dum in aliena officia intẽti, uelut meliora, ſua faſtidiũt, hic e ſacerdotio in Carthuſiam, ille de hac in illam migrat conditionem, hoc eſt, iuxta Iob. vj. timent pruinam, & ruit ſuper eos nix. Euadunt pluuiã, & cadunt in aquam, ſed ſatis hæc modo, de maxima iſta & plurima prauitate, quã deinceps ſemper appellabimus inobedientiã, ſeu Idolatriã, hoc eſt, ſanctam impiorum latriam, ut quæ non aperte dei præcepta uiolet ceu publicani & meretrices, ſed per ſpeciem magnorum operum & eximiæ pietatis, &, ut Bernhar. pſal. xc. uocat, per dæmoniũ meridianum, cum apoſtolo Paulo, angelum Satanæ, in angelum lucis transformatum intelligens. Horum exemplar egregie monſtratum & deſcriptum eſt in Saule. j. Regum. xv. Vide ibi.

*In obedientia ſancta impiorũ latria.*

Vnde Auen recte interpretatur a multis non ſolum iniquitas, ſed & dolor & labor, ꝙ reuera laboris & doloris multum babet hæc inobediẽtia, &, ut uulgo dicitur, difficilius eſt infernũ mereri, q̃ cœlum. Nam martyres hos ſuos diabolus uehementer urget, nunq̃ tamen recreat. Ita ut dominus quoq; per Moſen prædixerit ſe traditurum populum Iſrael in manus hoſtiũ, ut ibi ſeruirent dijs alienis, qui nõ dent eis requiem, nec die nec nocte. Sic Eccle. x. Labor ſtultorum affliget eos: Et ut in eodem libro ſæpius dicitur: Vanitas & afflictio ſpiritus. Chriſtus autem & ſi præmat, tamẽ ſuaue eſt iugũ eius, & onus leue, quia reficit læta fiducia cordis, oẽs qui laborãt & onerati ſunt, modo uenirẽ ad eũ. Illi uero dicent illud Sap. ij. Ambulauimus uias difficiles.

*Onus leue Chriſti.*

Qui latius iſta uelit ꝓſequi, Paulum Ro. xij. & j. Cor. xij. legat, ubi id omni ſtudio agit, ut unuſquiſq; in ſua menſura incedat, ne membrorũ fiat confuſio, ubi oculus officio pedum, aut pedes officio oculorum fungi cœperint. Sed regulam illam Prouer. iiij. ſeruent: Palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos, & oculi tui recta uideant. **Sich für dich/vnd ward vff dich ſelb.** In hãc prauitatem & apud Gentiles ædita ſunt ꝓuerbia: Eam quã quiſq; didicit exerceat artẽ. Et, Ne Sutor ultra crepidã: &, ſe intra pellem quiſq; ſuã cõtineat. Recte ergo & mira Emphaſi dicit: odiſti oẽs, ꝙ reuera plurimũ odibilis ſit iſta iniquitas, quæ ita irritat, exaſperat, & prouocat, ut inde ſynagoga, gens aſperatrix, amaricatrix, prouocatrix in prophetis appellet: quam amaritudinem deus ſentire dicitur, quando in cordibus ſanctorum ſuorum eã ſentiri facit, quo ſenſu (ut dixi) plenus eſt hic pſalmus, ſicut uidemus & uidebimus.

Quinto, perdes qui loquunt mendacium. hic magiſtros & doctrinam iniquitatis taxat. Nam Heb. uerbũ דבר dibber, ferme uidetur mihi ſignificare id genus ſermonis, quo aliquid docetur uel enarratur ſeu recitatur. Vnde & דבר dabar rem geſtam ſeu potius narratam ſignificat, quẽ tropum & Lucas quoq; ſeruauit Luce. ij. Tranſeamus uſq; Bethleem & uideamus uerbum hoc, id eſt rem geſtam & dictã. Nempe in Leuitico ſatis clare diſtinguit inter אמר amar, & דבר dibber, quorum utrunq; loqui uel dicere ſignificat, ubi toties ſcribitur. Locutus eſt dñs ad Moſen dicẽs: ubi primũ eſt dibber, id eſt, locutus eſt. Hinc in prophetis uſitatiſſimũ, & factum eſt uerbũ dñi ad me dicens: Quare dibber generaliter ſignificat per modũ doctrinæ aliquid nũciare, qđ per uerbũ amar ſpecialiter determinat. Atq; ſi hæc ſignificatio & differẽtia rata non fuerit perpetuo, tñ interim ſic ea utemur, donec meliora uiderimus: Certũ eſt in multis locis ꝓ docere accipi, quod hic loquunt, poſitũ eſt, ut pſal. cxviij. Loquebar in teſtimonijs tuis, & pſal. lix. Deus locutus eſt in ſancto ſuo.

Igitur qualis eſt impiorum uita, talis & doctrina: ſicut agunt ita & loquunt̄. Impia ergo & mala & iniqua omniaquæ ſub nomine mendacij comprehendit. Hoc mendacium ſupra pſal.j. Conſilium impiorum, immo cathedram peſtilentiæ & illuſionis appellauit. Horū furor & hodie quoq; regnat, de quibus Apoſtolus.ij. Timo.iij. Semper diſcentes & nunq̃ ad ſcientiam ueritatis peruenientes. hi ſunt qui docendis bonis operibus (ut putant) fortiter inſtant, cū necdum ſciant quæ ſint bona opera, fidei enim ſcientia carent. ita fit ut miſerrime crucifigant & excarnificēt populum mēdacibus ſuis & impijs fabulis, ex moralibus Philoſophorū, ex iuribus hominum, ex ſtatutis ac traditionibus ſuis acceptis, de quibus ſupra ſatis, & infra ſepius dicemus.

*Mēdacia impiorum.*

*Doloſi & ſanguinarij.*

Sexto, Virum ſanguineū & doloſum abominabitur dominus. Breui compendio abſoluit, quales ſint in moribus & cōuerſatione erga proximos ſuos: hoc eſt, ex corde neminem diligunt. Cum enim ſint pietatis gratia uacui, & in malitia ſua relicti, neceſſe eſt tantum affectu & opinione ſui, ſint infecti a planta pedis uſq; ad uerticem. omnia quidē ſimulāt, multis corrident, amiciſſimos mutuo ſe appellant, ſcribunt, dicunt, apparent eſſe humani & ſuaues, & uiros ſanguinum his operculis pulchre abſcondunt, uerū doloſa ſunt hæc oīa, quod patet, ubi cœperint offendi, aut ubi caſus uenerit beneuolētiæ exhibendæ, tum repente apparet dolus & prodit ſanguinaria ira, inuidia & ea quæ ſequuntur: Neq; enim dilexerūt ullum, niſi propriæ utilitatis gratia, nō ut bene facerent, ſed ut bene haberent. Ideo uerba hæc ſpiritus ſunt, non faciem reſpicientia, ſed renes & corda ſcrutantia. Verba enim fidei cōtra ſpeciem pugnant, & ad tempora crucis reſpiciūt. Ibi inueniunt̄ q̃, qui eiuſmodi ſunt, omnem hominē odiant, & neminē ſyncere diligant, quia diligunt ſolū ſeipſos. Et hoc morbo, omnium maxime laborant martyres illi diaboli, ſanctiſſimi & religioſiſſimi, quos iam diximus impios, operarios iniquitatis, filios inobediētiæ ſub ueſte & ſpecie pietatis, cuius uirtutem maxime abnegant.

*Scholaſtica, ut uocatur, theologia tales theologaſtros facit.*

*Nō eſt fides in hominibus.*

Si hec nō credis, aut nō noſti, experientiam conſule, totus mundus querela hac plenus eſt: Nō eſſe fidem in hominibus, omnia ficta & ſimulata fieri & dici. Ita ut Micheæ uerbum quod non legerunt, tamen experientia docti allegent (quod eiuſdem, vij. ſcribitur) Nolite credere amico, & nolite confidere in duce: Ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui, quia filius facit cōtumeliā patri, & filia conſurgit aduerſus matrem ſuam, nurus aduerſus ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici eius. Ideo Chriſtus cauendū docet ab hominibus, ſi enim eis palpes aut utilis ſis habebis doloſos amicos: Si offendas, aut diſſentias præſertim propter deum & ueritatem, habebis ſanguinolentiſſimos hoſtes, ita ut nō aptiore nec breuiore elogio, hominum ingenium deſcribi poſſit, q̃ ꝙ ſit ſanguinarium & doloſum.

*Amicos facile perdimus.*

Adeo ſcilicet rarum eſt, nō agere doloſe cum proximo, ac fidelem amicum eſſe. Viuit tecum dulciter, ſalutat, arridet: At ſi petas iuuari decem florenis de abundātia illius: Iam amicum perdidiſti, rurſus non obſequeris ad omnia uel iniqua: amicum perdidiſti.

Breuiter, niſi ſic egeris, ut te utendū præbeas in omnia eius deſyderia, & illo, nullo pacto utaris: cum homine non conuerſaberis diu. Hæc experientia magiſtra docemur, ideo facilis iſte uerſus intellectu. Nec ſic tamē ſuam miſeriam agnoſcunt: Omnia enim hæc contemnunt, nihil minus q̃ ſanguinarios & doloſos ſeſe eſſe credētes. Primū, propter opera illa ſpecioſa, quorū fiducia inflati & excæcati ſeipſos non uident. Deinde, ꝙ ſeipſos amant ſuiſq; uitijs blanditer

 indulgēt,

*zelus iniquus* indulgent, non quanta mala, ſed quanta bona faciant in oculis ſemper ui tes. Cui maior cæcitatis occaſio accedit, ꝙ zelum arbitrenẽ eſſe, ſi odiant a quibus uel læſi ſunt, uel læſi ſibi potius uidentur: ut ad quos præ in[illegible] tia pertineat iniquos odio habere. Quo furore ſubuerſi, eo procedunt, [illegible] in oculis ſuis neglecta, & feſtuca in alterius oculo obſeruata, ſeſe huma[illegible] fideles haberi uelint, illos potius uiros ſanguinum & doloſos iudicẽt: [illegible] abominationem diuinã, quæ ſuper ipſos definiẽ, perpetua inſania a ſe [illegible] reijciant: quo fit ut ſcripturas ſi legant, non intelligãt, ſi audiant, non a[illegible] tanꝙ ad ſe nihil pertinentes, fiantq́ plane incorrigibiles illi, Mat. xj. qui[illegible] cantes non ſaltant, ſi lamenteris, non plorant. In ſolis his perdit deus & u[illegible] & opera ſua. Eſt & hoc nõ leue operculum huius nequitiæ, ꝙ ſi aliquos [illegible] cos amittunt, alios uel inueniunt uel habent, quibus eodẽ dolo conuerſan[illegible] quorum mutua (& ſi doloſa) concordia capti, non quantos odiant & conte[illegible] nant: ſed quantis ne beneuoli ſint (etiam ſi ſit uix milies milleſima propor[illegible] conſiderant, nihil morati ꝙ Chriſtus præceperit, ne unum quidem ex puſil[illegible] contemnendum.

*Fructus fiduciæ operum.* Ecce fructum, quem parit fiducia operum & propriæ iuſtitiæ, ſcilicet ignorantiam ſui, pertinaciam & incorrigibilitatem, in tantis malis, impietatis, mali[illegible] inobedientiæ, & omnium peccatorũ. Tot monſtra, tam leui uelamine & e[illegible] gua ſpecie cælari, ali, & ſeruari poſſunt. Deinde in tantis abominationibus [illegible] ne coram deo apparere & ſacrificare, ſe deo placitum credere, nec miſericordiam implorare, ſed cũ impio Phariſæo gratias agere, ꝙ non ſit ſicut cæteri hominum: nonne horrendum eſt & uidere & audire? nonne iuſtiſſima eſt prophetæ huius commotio in eas inſanias?

Nunc epilogum iſtorum triũ uerſuum faciamus: duo priores peccata deſcribunt ea, quibus contra deum peccãt, quæ ſunt quatuor: Duo in uerſu primo, *Arbor mala.* ſcilicet impietas & malignitas, quarum prior auerſio eſt a deo, id eſt, ſani affectus atq́ rectæ opinionis inopia: poſterior cõuerſio ad ſeipſum, prauitas ſcilicet ipſa ad mala opera, & rebellio ad bona, id eſt, affectus & opinio peruerſa: his duobus peccatis perſona ipſa deſcribiẽ & arbor mala, quales ſunt coram deo. Duo in uerſu ſecũdo, ſcilicet, iniuſtitia & operatio iniquitatis, quarũ prior eſt *Mali fructus.* præuaricatio & effectus malignitatis, & omiſſio colẽdi dei: poſterior uero ſpecies cultus dei, ſed inobedientia ac idolatria. In his enim duabus, uniuerſitas malorum fructuum & operum comprehenditur, quæ circa diuina facimus: ꝙ ſit unum contraria facere operibus, & cultui diuino, hi ſunt holælim: Alterum ſimulata facere, & ſpecie bona, cõtra obedientiã dei, hi ſunt operatores iniquitatis. Tertius uerſus, peccata deſcribit, quibus cõtra homines peccãt, quorum ſunt tria: Primum mendacium, ubi alios uerbo, exemplo & more ſuo ſeducũt a uero cultu dei in ſuas impias idolatrias, faciẽtes eos ſimiles ſibi in his quæ ad deum pertinent. Secundum, Odium & omnia quæ ex odio ſequuntur, unde uiri ſanguinum dicunẽ. Tertium, dolus, & omnia quæ hinc ſequuntur, dum nõ niſi pro ſuo commodo, uſu, uoluptate, hominibus utuntur, in quo omnia peccata peruerſi amoris includunẽ: Nam etiam dolus & fraus eſt in amore ſexus carnalis, ut patet: Cum eñ odium & amor ſint principes omniũ affectuũ & operum, ſatis patet in his duobus, dum & odium ſanguinariũ eſt, & amor doloſus eſt, uniuerſam lernam uitioſæ cõuerſationis & morũ comprehenſam eſſe: Odium enim candidum contra uitia pugnat, & amor ſyncerus quærit ea quæ ſunt aliorum, non ſua.

Concludamus

Concludamus ergo totam ſententiam: Illi (inquit) mane uenientes, non qui demorant, nec tui egent, nec exaudiri curant, ſaturi ſunt, tot uitiorum repleti ſordibus (ideſt, iuſticijs ſuis) nec aſtant tibi, nec offerũtur tibi ut formẽtur a te, ut illuminentur, ut uideant, ſed contra te potius formant, & idolo cordis ſui (ut Iſaiæ. xlvj. dicit) aſſimulant, de te ſcd'm ſuas opiniones iudicantes, ut non uideant, ſed magis excæcentur & indurẽtur. Quod ideo fiet, quoniam tu non, ut putant, diligis impietatem, ſed odis iniqtatem, & abominaris eos omnino. Ego uero uenio & aſto & offeror, ut former a te, ut ſapiam de te ſcd'm te, ut uideam & illuminer. Illi ueniunt allaturi ſua tibi bona & merita, ablaturi uero ſecum maiora ſua peccata & mala. Ego uenio poſtulaturus tua bona, & cõfeſſurus mea mala, quia illi ſani ſunt, medico non egent: Ego infirmus & male habens, medicum quæro, hoc eſt, quod ſequens uerſus proſequitur.

Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ, introibo in domum tuam: Adorabo ad templum ſanctum tuum, in timore tuo.

Egregius uerſus, egregia ſententia, uerba antitheſim habent, habet & ipſe ſenſus.

*Timor & ſpes duo irrigua.*

Duo enim ſunt quibus hæc uita exercetur: Timor & ſpes, uelut duo irrigua illa Iudicum. j. alterum ſuperius, alterum inferius. Timor prouenit ex intuitu minarum & metuendorum iudiciorum dei, ut in cuius conſpectu nemo mundus, nemo non peccator, nemo non damnabilis. Spes prouenit ex intuitu promiſſionis & ſuauiſſimarum miſericordiarum dei, ſicut pſal. xxiiij. Reminiſcere miſerationum tuarum, & miſericordiarum tuarum, quæ a ſeculo ſunt, ut in cuius conſpectu nemo non mundus, nemo non iuſtus, nemo non ſaluus eſſe poſſit. Atq; in hijs duobus, tanq̃ inter molam inferiorem & ſuperiorẽ ſemper oportet uerſari, nec aliquando declinare, ſiue ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram. Hoc enim impiorum eſt, qui contrarijs duobus exercentur, ſecuritate & præſumptione. Securitate declinãt ad ſiniſtram, poſthabito dei timore, ut pſal. xiij. Non eſt timor dei, ante oculos eorum: Præſumptione declinant ad dexteram, dum omnia ſua placere præſumunt, ſine timore dei. Quia cum ſeſe peccatores eſſe non agnoſcant, neceſſe eſt ut deum non timeant, cuius iudicium non conſyderant, ut, iuxta pſal, ix. Auferuntur iudicia tua, a facie eius. Ita ꝓ iudicijs dei, ignauiam quandam dei ſibijpſis obijciunt. ꝓ miſericordia dei, iuſticiam ſuam propriam. ita fit ut timere & ſperare nõ poſſint. Hæc eſt ergo antitheſis quam ponit: Illi ſine timore tui, poſtpoſitis iudicijs tuis tremendis, ſecure adorant te ſicut Phariſæus in Euangelio, Lucæ. xviij. Deinde in multitudine iuſticiæ ſuæ intrant templum, & ueniunt in conſpectum tuum, miſericordia non egentes. Ego uero cum mihi ſim cõſcius eſſe me nõ poſſe corã te tuiſq; iudicijs, tutum, de meipſo deſperans, ita accedo ad templum tuum coram te ſiſtendus, ut miſericordiã tuã mihi ante oculos ſolam habeam, quæ multa, immo infinita eſt: Hac ſola inſpecta, audeo, & tutus ſum (ſicut pſal. xxv.) Qm̃ miſericordia tua ante oculos meos eſt, & complacui in ueritate tua: Veniẽs autem hac fiducia adorabo te in templo tuo, ſed in timore tui, non præſumens, ꝙ ex me tibi ſim placiturus, immo timebo, ne meum obſequium & adoratio reprehenſionem mereantur. Quo timore tibi tuum ſeruabo honorem, & meã cuſtodiam humilitatem, dum nõ meipſum iuſtifico, ſed humiliter tuum tremẽdum iudicium, in ſpe miſericordiæ tuæ ignoſcentis, expecto.

*Antitheſis in ſenſu.*

Vides ergo clare huius pſalmi ſcopum eſſe de diuerſa religione piorū &
piorum, humilium, & ſuperborum. Comparat enim illos ſibi in matutino &
opere, quod eſt intrare domum domini, & adorare ad templum ſanctum tuo.
Ibi enim & opera & dogmata oīum & maxima & prima celebrātur.

Pulchra eſt etiam uerborum antitheſis, ſed permutata. Nam miſericordiam
dei, quæ ſpei obiectum eſt, ſine ſpei nomine ponit, rurſus, timorem, cuius ob-
iectum eſt iudicium dei, ſine iudicij nomine ponit, cum potius miſericordiam
& iudicium, aut ſpem & timorem uideatur opponere debuiſſe. Verum ſpera-
tura, & eius obiectum exprimendum erat, ſcilicet miſericordia immo multum
do miſericordiæ dei, quod pij homines plus ſatis timent & magna reuerentia

*Gratißima ſacrificia, ſpes & timor.*

ad deum diuinaq; opera accedunt. Atq; hæc duo, ſpes & timor, ſunt omnium
longe gratiſſima & pia opera, quæ impij illi iuſtitiarij, ut nec docent, nec intel-
ligunt, ita nec faciūt, nec facere poſſunt. Plenus eſt (ut dixi) etiam hodie, totus
mundus eorundem impietate, qui homines in operum & iuſticiæ ꝓpriæ fidu-
ciam tractos, non ſinunt ad dei timorem & miſericordiæ ſpem peruenire ſem-
per diſcentes, & nunq; ad ſcientiam ueritatis peruenientes: Et (ut Chriſtus ait
Mat. xxiij.) Tulerunt clauem ſcientiæ (id eſt, poteſtatem docendi ſcientiā dei)
ipſi non introeunt & introeuntes prohibent.

Hos impios præſumptores, iudiciorum & miſericordiarum dei ſecuriſſimos
contemptores, etiam Iſaias. j. copioſe taxat, dicens: Quo mihi multitudinem
uictimarum ueſtrarum? Cum multiplicaueritis orationem, nō exaudiam &c.
Quare? ſequitur, quia manus ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Lauamini mundi

*Humilitate ſola, deo placemus.*

eſtote &c. Ita nihil deo placere poteſt, niſi quod in humilitate gerit. Humili-
tas autem eſſe non poteſt, niſi in omni opere, quantūlibet bono, dei iudicium
formidetur, & de ſola eius gratuita miſericordia præſumatur: cui pietati oīum
maxime repugnabat, quadā naturali ac ingenita præſumptiōe populus Iſrael,
de lege & legis operibus miro tumore ſuperbiens.

*Domus dei quæ ſit.*

Quæras, quo modo ad domum domini & templum dei ſe intraturum pro-
mittat Dauid, cum ſuo tēpore, nec ulla domus dei, aut ullum templum ſtaret,
ſed arca teſtamenti in tabernaculo Moſi, tunc uice templi erat. Sed & alio loco
de domo domini dicit, pſal. cxxj. In domum domini ibimus: Stantes erant pe-
des noſtri, in atrijs tuis Hieruſalem. Et pſal. cxxxiij. Qui ſtatis in domo domi-
ni, in atrijs domus dei noſtri, ut ſuſpicari poſſis hos pſalmos non eſſe Dauidis,
aut per Eſdram poſtea immutatos.

Verum mea temeritate, uidetur quemlibet locum, in quo deus colitur, pro
domo dei accipere. Nam & illud notum eſt, locum illum in quo Abraham ſa-
crificauit ביתאל Bethel (id eſt, domum dei) uocatum eſſe, quem poſtea uitulis
aureis Hieroboam cōſpurcans, ביתאון Bethauen (id eſt, domum iniquitatis)
fecit. Sed & Iacob Gen̄. xxviij. cum in monte Moria, id eſt, uiſionis, in quo
poſtea templum Salomonis ædificatum eſt, dormiſſet, erecto lapide, dixit:
Hic lapis uocabitur domus dei.

Quare myſticas interp̄tationes interim differens, uolo domū & templū dei,
omnino locū corporalem intelligere, ſcilicet eum in q̄ conuenit ad colendum
deum, & audiēdum uerbū eius. Qualis fuit ille in q̄ Cain & Abel obtulerunt,
& uerbum dei audierunt. Qualia fuerunt poſtea oīum patrum Noe, Abrahæ,
Iſaac, Iacob, Iob, altaria in diuerſis locis, donec ad Moſi tabernaculū & templū
Salomonis uētum eſt, & nūc in plurimas eaſdemq; magnificas Eccleſiarū fa-
bricas. Sicut enī uerbū dei nunq; defuit in mūdo, ita nec cult9 dei. Ideo in omni

ſeculo

ſeculo opus eſt, ut loca fuiſſe cōcedamus, in qbus res diuinæ fierent, quæ tem/
porum ſucceſſu in eam quā uidemus gloriā, & multitudinis & magnitudinis
creuerūt. Quid enim aliud egit Iacob Geñ.xxxv. Quādo oblaturus præcepit, *Iacob prædicator erat.*
ut idola tollerent, niſi ꝙ noſtro ritu prædicauit uerbum dei.

Cum ergo in cultu dei maxime regnet, tum hypocriſis, tum falſa doctrina,
(quæ ſemper optima ſimulat & contaminat) ita ut & in duobus primis fratri/
bus Cain & Abel pugnarint, ſyncera pietas & ſpecioſa hypocriſis. Ideo pſal. *Syncera pietas, ſpecioſa hypocriſis.*
iſte contra hāc impietatis pietatem falſam, ac eius doctrinam, in cultu dei, qui
mane agitur, maxime pugnat. Quid enim ſyncere agat cum hoībus in operi/
bus inferioribus, q in ſublimi iſto & primo opere, dei cultu, peruerſe & impie
agit? ubi & ſpecies tanto nocentior eſt, quo ſpecioſior & præſtantiori opere ſi
milior eſt. Breuiter, nihil periculoſius in mundo falſa religione, ſeu, Idolatria:
Hæc enim fons eſt malorum, ſub nomine totius bonitatis.

Eſt ergo domus dei & templum, cuiq; ſeculo & quibuslibet hominibus pijs
ſuus locus, in quo deus colitur. Nam ibi uere habitare dicet̃, ubi uere colitur, *Vere habitat ubi uere colitur deus.*
præſertim communi conuentu fidelium ſuorum. Quare nec propter magni/
tudinem uel precij uel ſpatij uel ædificij, uel multitudinem populi, unus locus
plus altero dei domus, uel templum dicetur: Sed (ut dixi) propter conuentum
multorum ad orandum, ad ſeruiēdum deo & uerbum eius audiendum. Iuxta
illud pſal. xj. In conueniendo populos in unum & reges, ut ſeruiant domino.
Ita & locus propter populum (qui uere eſt domus dei) domus dei uocetur, &
non populus, propter locum.

Dominatur uero mirum in modum potens ſuperſtitio in templis huiuſmo *Superſtitio in templis.*
di ædificandis, ſacrandis, ſeruandis per orbem, in quibus non tam curatur, ut
pia ſit eius loci plebs, & ſyncerus cultus, ac purum uerbum dei, ꝗ̃ quomodo
ditione, diuitijs, ſplendore, pompa, ſumptu ædificij & id genus mundanarum
uanitatum ſuperbiant, & (ut cum pſalmo iſto breuiter dicam) quodlibet poti
us agitur (proh dolor) in locis cultus diuini, ꝗ̃ ut in multitudine miſericordiæ
dei intretur & adoret̃ in timore dei, aut intrari & adorari doceatur, cum in has *Fulmine feriũtur Eccleſiæ.*
res ſolas inſtituantur. Vnde nō mirum, ꝙ ſæpius fulmine feriantur, ꝗ̃ domus
prophanæ, ꝙ nulla loca pateant fœdioribus abuſionibus, iniquitatibus, ſi/
mulationibus, ꝗ̃ hæc, quæ ſynceriſſimis & plane diuinis duntaxat officijs di/
cata ſunt. Vt enim in cæteris mala fiant, nomen dei tamen non perinde pollui
tur, qđ in his non inuocatum eſt: At in ſacris locis, ſemper duplex malum eſt,
quicquid etiam ſimplex alibi eſt.

Domine deduc me in inſticia tua, propter inimicos meos dirige
in conſpectu tuo uiam meam.

Hebræus ſic habet apud Hieron. Domine deduc me in iuſticia tua, propter
inſidiatores meos, dirige ante faciem meam, uiam tuam.

Dixi, ab initio mundi ſemper fuiſſe & falſos operarios & mendaces magi/ *Inſidiatores qui dicantur.*
ſtros, ſicut & Petrus docet ij. Pet. ij. Ideo nunq; mundus caruit falſa religione
& idolatria. Hos uocat inſidiatores, quia reuera nihil inſidioſius hac nequitia
ſerpentis, de qua multum Apoſtolus Corinthijs timuit ſcribens. Timeo ne
ſicut Euam ſerpens corrupit, ita & ſenſus quoq; ueſtri corrumpātur a ſimplici
tate quæ eſt in CHRISTO IESV. Nempe dictio hebræa שוררי ſchorerai,

inimicos quidem ſignificare poteſt, ut noſtra habet tranſlatio, ſed pro
qui mala arte machinantur malum, hoc eſt, per inſidias, ſub ſpecie ſelicit
na: quos Apoſtolus phrenapatas, id eſt, deceptores mentium uocat, eos
qui falſis opinionibus imbuunt hominem, præſertim in ijs quæ ad deum p
tinent. Et hæc ſignificatio mire alludit ad ſcopum huius pſalmi, ꝙ piis ac
ceris hominibus nulla ſit peſtis æque metuenda, ac ſubdola machina fal
ligionis & eruditionis, ita ut oratione ſola eam curare moneat hic uerſu
Hic eſt enim ſerpens qui inſidiatur calcaneo noſtro, ut uiam puræ pietat
bis deprauet. Quare nõ inepte transferetur propter ſeductores, deprauato
corruptores meos.

*Iuſticia dei eſt ipſa miſericordia & gratia.*

Iuſticiam dei (quam infra ſepius habebimus) oportet ut aſſueſcamus, ue
canonica ſignificatione, intelligere: non eam qua deus iuſtus eſt ipſe, qua
impios damnat, ut uulgatiſſime accipit: Sed, ut beatus Aug. de ſpiritu & lit
dicit, qua induit hominem, dum eum iuſtificat: Ipſam ſcilicet miſericordia
ſeu gratiam iuſtificãtem, qua apud deum iuſti reputamur. De qua Apoſtolu
Ro. j. iuſticia dei reuelatur in Euãgelio, ſicut ſcriptum eſt: Iuſtus ex fide uiui
Et Ro. iij. Nunc autẽ ſine lege manifeſtata eſt iuſticia dei, teſtificata per legem
& prophetas. Vocatur autem iuſticia dei & noſtra, ꝙ illius gratia nobis dona
ta ſit, ſicut opus dei, quod in nobis operatur, ſicut uerbum dei quod in nobi
loquitur, ſicut uirtutes dei, quas in nobis operaẽ & multa alia. Sicut pſal. xxx.
In iuſticia tua libera me. Et Ro. x. Ignorantes iuſticiam dei & ſuam uolentes
conſtituere, iuſticiæ dei non ſunt ſubiecti. Vnde pſal. xxiij. non inepte tranſtu
lit: Hic accipiet benedictionem a domino, & miſericordiam a deo ſalutari ſuo:
Cum pro miſericordia, hebræus iuſticiam habeat, ꝙ benedictio dei, & iuſticia
dei ſint idem, ſcilicet ipſa miſericordia & gratia dei nobis collata in Chriſto.
Atq; hic tropus le quendi de iuſticia dei, quia alius eſt ab uſitato humanæ locu
tionis modo, multas multis difficultates peperit. Quanq; nõ ſit penitus reijci
endum: Iuſticiam dei etiam tropo iam dicto, eſſe iuſticiam, qua deus iuſtus eſt,
ut eadem iuſticia deus & nos iuſti ſimus, ſicut eodem uerbo, deus facit & nos
ſumus, quod ipſe eſt, ut in ipſo ſimus, & ſuum eſſe noſtrum eſſe ſit. Sed hæc ſu
blimiora q̃ locus nunc patiatur, & alio ſenſu dicta q̃ illi ſentiũt, Et ſi utilia &
neceſſaria, pro alio tamen tempore dicenda.

Illud quoq; aptiſſime dictum ꝙ hebræus, ante faciem meam uiam tuam, ubi
nos, in conſpectu tuo uiam meam, habemus, prorſus cõtraria ſententia. Et he
bræus cũ parte præcedente, uelut tautologice cõſentit, ꝙ iuſticia tua & uia tua

*In uia dei nobis ambulãdũ, non noſtra.*

idem ferme ſint: Via enim dei, eſt iuſticia dei, in qua uiuendum & ambulan-
dum eſt, non in uia noſtra, aut iuſticia noſtra. Hæc uia dei eſt & uia iuſtorum;
de qua pſal. j. dictum eſt: Quoniam nouit dominus uiam iuſtorum, quam &
Ioannes Baptiſta nouit, quando dixit: Præparate uiam domini. Eſt autem uia
dei, quia ſicut dicit Leuitici. xxvj. Ambulat in nobis, hoc eſt, operaẽ in nobis,
uiuit in nobis, loquitur in nobis. Non enim uos eſtis, inquit, qui loquimini.

*Operari noſtrũ quale ſit*

Non tamen falſo dicit noſtra tranſlatio, uiam meam, quia operãte deo in no-
bis, & nos operari recte dicimur, quanq; hoc operari magis ſit rapi, duci & pati
operatorem deum, ſicut hic uerſus indicat, dicens: Deduc me, dirige uiã tuam,
quo ſignificat ſe non ex ſe agere, ſed a deo duci & agi.

Nec illa pugnant ſibi, ante faciem meam: &, conſpectu tuo: Vtrunq; enim
tropus eſt ſacræ linguæ uſitatus, ꝙ omnia in conſpectu dei tanq; præſente deo
& in lumine

& in lumine uultus eius agenda ſunt a nobis, quod non eſt noſtri arbitrij, nec
noſtræ iuſticiæ, ſed diuinæ gratiæ officium. Et ſic hoc uerbo noſtra translatio
oſtendit, uiam meam, intelligi, uiam dei, qđ hebræus oſtendit per uiam tuam.
Rurſus, per faciem meam, oſtendit hebræus, uiam dei eſſe noſtram, qđ noſter
oſtēdit per uiam meam, quod noſtrum ſit, faciem ad uiam dei uertere, & uiam
noſtram in conſpectu dei ambulare. Eadē ergo eſt: Via dei ante faciē noſtram,
& uia noſtra ante faciem dei, utrunq; ſimul fieri neceſſe eſt.

Accuſat autē impios hic tropus & peruerſitatem eorū percutit, ut qui uerſa
in ſuā uiam facie ſua & uerſo ad uiam dei dorſo ſuo incedāt. Sicut Leuit. xxvj.
dicit: Si ambulaueritis contra me, incedam & ego aduerſum uos in furore con
trario &c. Viam ſuā ſuaq; opera cōſyderant & ſequūtur, uiam dei & opera dei
negligunt. ut Iſaiæ. ij. Opus manuum ſuarum adorauerūt, quod fecerūt digiti
eorum. Idem. v. Et opus dñi non reſpicitis, nec opera manuū eius cōſyderatis. *Via crucis & uita fidei.*
Hoc totum (ut ſepe diximꝰ) fit, quia uiam crucis & uitam fidei, quæ cogit eos
ponere qđ ſunt & ſapiūt, exhorrēt, colentes fruſtra deum, mādatis & doctrina
hominum, ut idem Iſaias dicit. xix. & Math. xv. repetitur.

Verbum, dirigere, in ſcriptura celeberrimum eſt, in quo commendatur recti
tudo ſeu directio cordis, ut pſalmo. cxviij. Cōfitebor tibi in directione cordis.
Et pſalmo. lxxxij. Quam bonus deus Iſrael, ijs qui recto ſunt corde. Et Canti-
corum. j. Recti diligunt te. Adeo ut etiam abſolute quādoq; ponatur directio: *Rectitudo cordis eſt diuini muneris.*
ſicut pſalmo. xcviij. Tu paraſti directiones, id eſt, tu ſolus feciſti rectitudines,
quicquid uſq; recti cordis eſt, tui muneris eſt. Hij enim ſoli diligunt deum &
placent. Eſt autem hæc rectitudo ſana opinio & ſenſus de deo, cui cōtraria eſt
prauitas cordis, quā iam ſæpius diximus eſſe, mētem cordis, ſuperborum con
ſilium impiorū, ſapientiam carnis, & id genus ſimilia. Vocaturq; rectum cor, *Cor rectum*
quod nō quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ dei, & ſimplici oculo directoq; ꝓſpectu
in uoluntatem dei figitur, hanc per omnia & proſpera & aduerſa obſeruat ſo-
lam, nec aliud noſſe uult aut obſeruare.

Prauum autem cor, quod quærit quæ ſua ſunt, ad ſeipſum intentum, oculo *Cor prauum.*
duplici uidens, ſimulans ſeſe dei uoluntatem quærere, cum reuera in hoc ipſo
quærat ſuam. Quæ prauitas tam alte inhæret uitioſæ naturæ, ut ſoli deo ſit per
ſcrutabilis, Hieremiæ. xvij. Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile. Quis ſcru
tabitur illud? Ego dominus ſcrutans renes & corda. In hanc prauitatem ſeſe
abduci timens Propheta pro hæreditatibus orat, ut dirigatur uia dei ante faci-
em eius, id eſt, ut in rectitudine cordis perſeuerāter ambulet & uiuat ſemper:
quod fit pura & plena fide ſpiritus.

Igitur contra impios & iniquitatis operarios, qui derelicta obedientia dei,
ſuis operibus deum colunt, ponit iuſticiam dei & uiam dei, id eſt, obediētiam
dei, in qua ſe uelut ouem deduci & dirigi petit propter inimicos, inſidiatores, *Latria expoſita ē multis & magnis uitijs.*
ſubdolos & nocentiſſimos deprauatores hæreditatum dei, atq; id maxime in
primo omnium opere, quod latriæ uocant, quo nullum magis patet impijs
abuſionibus, ſuperſtitionibus, hæreſibus: hypocriſi, mendacio, & uanitati:
quorum omnium nequitia eſt ſeſe optimi operis ſpecie ueſtire & uendere, ita
ut ſatis inculcari nequeat iſta cautela.

Quoniam non eſt in ore eorum ueritas, cor eorum uanum eſt:
Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant.

Sic habet in hebræo diſtinctio uerſus, qui apud nos in duos pene ... eſt. Hieronymus ſic: Quoniam non eſt in ore eorum rectum, interiora eorum inſidiæ: Sepulchrum patens gutur eorum, linguam ſuam leuificant. ... omnia quidem recte, niſi q̃ inſidias, rectius putant uanitates hebræo ... quod parum refert.

Claret autem loqui prophetam de uerbo doctrinæ eorum, quod accuſat ... mum mēdacij, deinde uanitatis, tertio nocentiæ, quarto fallaciæ, qua ... ut ſpecie bona ueſtitum, ſit inſanabiliter noxium. Aperta autem & plana ... omnia ex prædictis.

*In magiſtros uanitatum.*

Mendaces, inquit, hij magiſtri prompti omnes docere, os habēt & loquun tur, ſed (ut. j. Timoth. j. dicitur) non intelligunt neq; quæ loquuntur, neq; quibus affirmant, id eſt, neq; uerba, neq; rem intelligunt: Ideo non eſt in ore eorum rectum, & ſi uideantur omnium rectiſſima & ueriſſima docere. De ... ſicut Iamres & Mamres reſtiterunt Moſi, ita & hij reſiſtunt ueritati, j. Timo. iiij. Auſi cum omnibus contendere, etiam perſequi alios meliora ſapientes. Eadem ſententia dicitur Iob. xlij. Non enim locuti eſtis rectum coram me, ſi cut ſeruus meus Iob. Quod autem non loquuntur rectum, ſeu uerum, in cau ſa eſt, quod operātur iniquitatem & prauitatem, hoc eſt, in omni ſua doctrina id agunt, ut homo quærat quæ ſua ſunt, ſuis meritis & operibus fidat, au ... tem hoc malum non tollunt, neq; dedocent, neq; redigunt hominem ad nihi lum, ut ſtultus fieret, atq; peccatorem ſe agnoſceret. Ita fit ut cum adorādus ſit deus in timore, & (ut pſal. ij. dictum eſt) ſeruiendum ei in timore, exultandum cum tremore, in multitudine miſericordiæ dei omne opus (ut uocant) latriæ

*Amici Iob recte reprehenduntur.*

perficiēdum, illi reddant ſecuros & præſumptores de operibus ſuis. Hoc enim agunt & tres illi amici Iob, per totum contentionis ſuæ contextum, nihil de miſericordia dei (quam Iob unice extollit cum timore iudiciorum eius) ſed tan tum de iuſticia, bonos exaltante, & malos damnante diſputantes, Quare re cte a deo reprehenduntur, tanq̃ non rectum locuti, cum uerum ſit, neminem apud deum iuſtum inueniri in ſuis operibus, quātumlibet magnis & multis. Rurſum tamen certum eſt, iuſtum eſſe quicunq; in eum (etiam ſine operibus) confiſus fuerit: Qua fiducia ſecurus eſt omnia ſua placere deo, & nihil ſeſe pec care ac peccaſſe, in quo uerbo Iob tanq̃ blaſphemum criminabātur amici ſui, ex plaga ei illata diffiniētes eum omnino peccaſſe & meruiſſe iram dei, quam rurſus bonis meritis poſſet auertere.

At dices, quid faciam, quando, tam eximias loquuntur ſententias, ac tam ſa ctas ac ueras, ut nulla ratione poſſint improbari, ſicut amici Iob, denique cum ipſa uerba dei loquantur e media ſcriptura?

*In adulteratores uerborum dei.*

Reſpōdeo, de his potiſſimum loqtur, qui uerbum dei adulterant. Hoc enim uelamen nequitiæ reuelat, dum dicit: Interiora eorum inſidiæ, ſeu uanitates, ac ſi dicat: Specioſa ſunt uerba, & ſancta & uera, ſed nō uere aptātur, ad falſam intelligentiam aſſumuntur. Vnde Hieremias. v. Circuite uias Hieruſalem, & aſpicite & conſyderate & quærite in plateis eius, an inueniatis uirum facientem iudicium & quærentem fidem, & propitius ero eis, Q; ſi etiam uiuit dominus dixerint, & hoc falſo iurabunt. Idem: Qui habet ſermonem meum, narret ſer monem meum uere. Quid hoc aliud eſt, q̃ ſermonē ipſius dei & uere & uane dici poſſe? Ideo in ſpecie quidē recte uidentur docere, ſed interiora uana ſunt, & cor eorum uanum eſt. Non enim id ſapiunt quod uere uerba docent, ſed id

uolunt

uolunt uerbis uideri, ſignificari, quod ipſi ſapiunt, ita ueritas operculum fit mendacij & uanitatis, & ſatis apte hac oratione (interiora eorum uanitates) exprimit doctrinæ hypocritarũ uim, qđ aliud foris ſimulent, aliud intus alant, ſimulant pietatem & alunt impietatem. Hic eſt angelus Satanæ in angelum lucis transformatus, hæc aſtutia ſerpentis oſtentans diuinitatem obtinẽdam, hæc religio angelorum, de qua Apoſtolus ad Colloſs.iij. Nec abſurde & hij di cant, qidem uocabulum, hauoth, nõ inſidias tantum, ac uanitates, ſed etiã per uerſitates ſignificare dicũt: quia reuera peruerſores ſunt uerborũ dei: ut Hiere. xxiij. Peruertiſtis uerba dei uiuentis dñi exercituum, qua ꝑuerſitate & ſibijpſis uani fiunt, ueritati & alijs inſidioſi, iuxta Paulum.ij. Timot.iij. falſi & fallẽtes proficiũt in peius. Hæc peruerſitas, olim figurata eſt in oĩbus Idolis ac ſculptili bus & cõflatilibus, qđ non obſcure indicauit Moſes: Exo.xxxij. ubi deſcriptu rus formationem aurei uituli, dicit: Aaron ex auribus mulierum ſumptis fin-xiſſe ſeu formaſſe opere fuſorio & feciſſe uitulum cõflatilem: ubi in hebræo ꝓ opere fuſorio, ſtilo habet, ꝙ uidelicet futurum erat, ut uerba dei, quæ ſunt in aures filiarum Iſrael, animarum credentium, unicum ornamentum noſtrum, mutarent in formas intelligẽdi ad ſuum ſenſum impij Doctores, & inuicẽ po-puli quærerẽt magiſtros pruriẽtes aurib⁹, & rectores ad fabulas (ut Ap̄lus ait) conuerterent. Nã & Hieremias.viij. Moſen ferme interp̄tans, dicit: Vere men dacium operatus eſt ſtilus mẽdax ſcribarum. Idem cap.ix. & Iſaias.xliiij. lõgo ſermone de formatione Idoli loquuntur. Sed & apud Ezech.xvj. Hieruſalem arguitur, ꝙ ornamẽta aurea & argentea domini, ſibi data, tulerit & fecerit ſibi imagines maſculinas, & fornicata ſit cum eis.

Verum hæc omnia iocus ꝓpe ſunt, ſi ad noſtra ſecula rem cõpares, ubi nihil æque iactatur, atque cultus dei & Eccleſia, domus dei, cum interim nemo mi-nus colat deum, ꝙ qui tot ritibus, tot inuẽtis noſtris operibus, alij diſcordiam alunt, alij gloriã quærũt, alij quæſtum uenãtur, & omnino ea quæ noſtra ſunt quærimus, quibus tñ omnibus prætexunt uerba dei, ubi docẽt, orandum eſſe, bonumq; operãdum & ſimilia. Aut quod malum, quod monſtrum, quod por tentum hodie nõ uelatur nomine tremẽdo dei & ſanctorum Petri & Pauli & Eccleſiæ: cum (ut alia taceam) & religioſæ præ cæteris factiones, nõ niſi ad in-uidiam mutuam, & ſaturãdum uentrem religioſæ ſint, quæ hunc tñ & ſimiles pſalmos quotidie ꝓ aliorum ſalute emurmurant, frõte ſcilicet ærea fortiſſime armati, ne ſentiant quãto æſtu uerba Prophetæ, contra ſeipſos ſui emurmara-tores ſonent.

*In noſtrum ſeculum.*

*In religioſos noſtros.*

Sepulchrum patens eſt guttur eorum.

Non eſt dubium, quin his uerbis mira auxeſi poſitis, uoracitatem inexplebi-lem ſignificet, non contentus, ꝙ guttur eorum ſepulchro compararit, quod per ſe omnes deuorat, ſed patenti & ad deuorandum inſatiabiliter parato. Tri-buit autẽ his impietatis magiſtris ſcriptura ſancta, præ cæteris, auaritiam & de uorationẽ populi: ut Chriſtus Lucæ.xx. dicit, ſcribas deuorare domus uidua-rum orãtes orõnem lõgam. Et Miche.iij. Qui comederũt carnem populi mei & pellem eorum deſuper excoriauerũt, & oſſa eorum cõfregerũt & cõciderũt ſicut in lebete, & quaſi carnẽ in medio ollæ. Et paulo infra: Hæc dicit dñs deus ſuper Prophetas qui ſeducunt populum meum, qui mordent dentibus & præ dicant pacem: Et ſi quis nõ dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium. Item Amos.iiij. Audite hoc uerbum uaccæ pingues, qui eſtis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & cõfringitis pauperem, quæ dicitis dominis ueſtris, afferte & bibemus.

Sed copio-

Sed copioſius Iſaias. lvj. Speculatores eius cæci omnes, neſciunt uniuer canes multi non ualentes latrare, uidentes uana, dormientes & amantes ſo nia, & canes impudentiſſimi, neſcierunt ſaturitatē: Ipſi paſtores ignorauer intelligentiam, omnes in uiam ſuam declinauerunt, unuſquiſqꝫ ad auariti a ſummo uſqꝫ ad nouiſſimum: uenite ſumamus uinum & impleamur ebrie te, & erit hodie ſicut cras, & multo amplius. Hæc, ſi conſyderes rectores Eccle ſiaſticos hodie, & eos qui docere uidentur populos, non indigebunt gloſ[illegible]

*In Eccleſiaſticos nimium uere.*

Quid enim attinet Romanorum & omnium pōtificum, ſacerdotum, relig[illegible] ſorum auaritiam, incredibilem ingluuiem, pompam & luxum plusqꝫ mun[illegible] num recenſere, cum ſua ipſorum impudētia, ſeſe fabulam uulgi & exempl[illegible] quotidie his rebus faciant? ubi enim nō auaritia cleri uulgo cantatur? Atqꝫ h[illegible] omnia eo titulo, ꝙ populo dei præſint, nonne recte ſepulchrum patens gu[illegible] eorum dixerit? qui omnibus omnia rapientes, nec ſic expleti, ſicut hodie, ita cras & multo amplius deuorare anhelant. Offendunt cū hæc dicunt, & ſedi[illegible] ſa & aurium piarum offenſiua uerba hæc ſunt, uerum offendebant etiā & ſe[illegible] tioſa erāt, qn̄ prophetæ ea dicebāt optimatibus Synagogæ, ita ut tanqꝫ hæretici & rebelles maioribus, cū ignominia occiderētur.

*Veritas offendebat etiam optimates ſynagogæ.*

Idem Iſaias. v. Expectaui ut faceret iudicium, & ecce iniquitas, & iuſtitiam, & ecce clamor. Væ qui cōiungitis domum ad domum, & agrū agro copulatis uſqꝫ ad terminum loci. Nunqd habitabitis uos ſoli in medio terræ? In auribus meis ſunt hæc, dicit dn̄s. Item Amos. vj. Væ uobis qui opulenti eſtis in Zion, & cōfiditis in mōte Samariæ optimates, capita populorum ingredientes pom patice domū Iſrael? Trāſite in Calanne & uidete, & inde in Emath magnam, & deſcēdite in Geth paleſtinorum, & ad optima quæqꝫ regna horum, ſi latior eſt terminus eorum termino ueſtro, q ſeperati eſtis in malum diem, qui appro pinquatis ſolio iniqtatis, qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis ueſtris, qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio armenti, q canitis ad uocem Pſalterij, bibentes uinum in phialis & optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur ſuper cōtritione Ioſeph.

*Sine periculo ueritatem nō licet loqui.*

Sed temperādum eſt mihi a pluribus adducendis, ne in ſacros Canones pec caſſe uidear, & cum Prophetis uelle patrimonia Chriſti, & res Eccleſiæ, cōtem ptis cēſuris, alienare, & illicitas temporales has poſſeſſiones regnorum & pro uinciarum aſſerere: Neqꝫ enim ſatis tutus hic fuerim, uel omnibus Prophetis & Apoſtolis ſtipatus a facie ſacratiſſimi iuris pōtificij. Satis eſt ꝙ hic Propheta Amos, ideo regna in circuitu Iſrael poſita, licet ampla & ditiſſima, poſt poſue rit diuitijs ſacerdotum & delitijs ſeniorum plebis, ut nobis interpretetur, quid ſit guttur eorum, quod ſepulchrum patens appellatur, quod hodie potius os inferni dixeris: ut Iſaias. v. dicit, & animam inferni dilatatam abſqꝫ termino, adeo nouis ſemper artibus quæritur & modicum illud reliquum populi, quo uix uiuit, cæteris oībus iam dudum deuoratis, & implet illud quoqꝫ pſal. xiij. Qui deuorant plebem meam, ſicut eſcam panis.

*De Doctoribus ſeductoribus.*

Igitur hoc ſenſu cum Doctores impij uiam dei non doceant, nec aliud quæ rant, in deo etiam, qꝫ quæ ſua ſunt, ſequitur ꝙ multo magis in hominibus quæ rant, quæ ſua ſunt: Ita ut cum fiducia Paulus Philip. iij. audeat eos appellare canes, dicens: Videte canes, uidete malos operarios, uidete conciſionem. Et infra: Quorum finis interitus, quorum deus uenter eſt. Sed ad Titum eoſdem appellat mendaces, malas beſtias, uentres pigros, utrobiqꝫ enim de Docto ribus loquitur ſeductoribus. Quare & Propheta ſancta indignatione eorum

deteſtatus

deteſtatus nequitiam, fœdo nomine eorum taxat concupiſcentiam, ac ſi dicat:
Quid enim iſti porci faciūt, impia ſua doctrina, qua perdūt animas, niſi ꝙ ſuo
uentri ſeruiunt, dum per eam, populo decepto, rapiūt, congregāt, augent, non
niſi terrena ſine fine & modo inſaturabiles uoratores? deniq; ſicut Apoſtolus
ad Titum fœdiſſima tapinoſi eos uentres appellat, ita hic uidetur eos guttur
appellare, q. d. Vos toti guttur eſtis, & aliud nihil, idq; uelut ſepulchrū patens,
cum in aliud non incumbatis, ꝙ ut uoretis hominum ſubſtantias, quo tropo
dicimus, non malus, ſed malitia, & ſcelus pro ſcelerato, ita uenter pro uentris
ſtudioſo, guttur pro gutturis ſtudioſo, uoracitas pro uorace, Alemanice,
Es iſt mit dir nur freſſen vnd ſauffen.

*Ventri ſeruire quid ſit.*

*Guttur ſunt impij doctores.*

Adiecissem & aliam intelligentiam, ꝙ ideo appellentur guttur, quod ſepul
chrum patēs eſt, quia deuorēt animas eorū, impio uerbo & opere in infernū,
quā b. Aug. tractat. ſed uidet paulo remotior a ſenſu literali, eā omitto, quod
facilior quoq; ſit, ꝙ hæc literalis, præſertim quod ad contextum præcedentium
& ſequentium pertinet, tamen alterius iudicio non præiudico. Igitur cum po-
pulorū magiſtri titulo iuſtiſſimo, ſicut Leuitæ, a populo metunt carnalia, dum
ſeminant ſpiritualia, fit auaritia & ignorātia uiæ dei regnantibus, ut pro ſpiri-
tualibus ſeminēt impia dogmata carnem ſapiētia, quæ quia plus placēt ſtulto
uulgo, ꝙ uere ſpiritualia, facile ſeducunt, & interim illi carnalia eorū metunt,
donec & fundos eorū abſorbeāt cum uniuerſa ſubſtantia: ut ſic illi pro impio
labore, Impiorum in hoc ſeculo obtineāt felicitatem, hi uero pro impia pieta-
te, & in corpore & anima duplici contritione conterant. Nec uacat quod gut-
tur eorū magis ſepulchro compararit, ꝙ ulli alteri uoracitati: forte ꝙ ſola ſub-
ſtantia rerum de impio miniſterio & titulo acquiſita, eius ſit infelicitatis, ut ad
nullum unq; pietatis uſum redeat, ſicut cadauera ſemel ſepulta ad uitam nō re
uertuntur. Non enim dicit ſcriniumpatens, guttur eorū, quaſi ſpes ſit recipien
di aliquando, quod illatum fuerit: Sed ſepulchrum in quod ubi intuleris, quip
piam, non ſit ſpes ulla recipiēdi. Nam habēt ſane & hodie hanc gratiā Chriſti
& Eccleſiæ patrimonia, præſertim ampliora, ut ſcortis, mulionibus & omnino
infimæ feci mortalium, ita ſeruiāt, etiā per teſtamēta & ſucceſſiones, ut digna
non ſint fidelibus Chriſti pauperibus obuenire: ſicut habent & prouerbia &
experientia, quare multa deuorare, & nemini fidelium Chriſti eadem cōmuni
care, hoc eſt operariorū auen, id eſt, martyrū diaboli priuilegium. Hinc prouer
bium quoq; uenit, ꝙ uſu & contactu noceāt res (ut uocāt) ſpūales, & conſu-
mant oēs alias, quibus mixtæ fuerint: quod alij putant, quia tam ſacræ ſunt, &
diuinis dicatæ. Alij uero ꝙ tam execratæ, & uelut Hiericho in anathema poſi-
tæ, ne unq; ſeruiāt cum rebus boni uſus, ipſæ ſuo priuatæ uſu.

*Duplex contritio populi ſtulti.*

*Guttur eorum ſepulchrū eſt*

*Patrimonia eccleſiæ quibus ſeruiāt.*

*Res ſpirituales alias conſumunt.*

Vltimo, ꝙ linguis ſuis doloſe agunt, linguas ſuas leuificant: ſeu ut heb. lin-
guis ſuis adulantur & blandiuntur, hoc ad præcedens pertinet: Nō enim id ne
negocij ſibi dari putant, populo ut proſint quas docent pietatis ſententias, ſed
uulgo ut placeant, quas narrant impietatis fabulas: Id enim curant, ne populi
aures offendant, ut ipſi pingues ſint & abundent. Suntq; de numero illorum
de quibus Iſaias. xxviij. Loquimini nobis placētia. Et Paulus ad Timo. Acer-
uabunt ſibi magiſtros prurientes auribus. Et ad Ro. ult. Qui per dulces ſermo
nes & ſuaues prædicationes corda ſeducunt innocentiū; hi enim non Chriſto
domino noſtro, ſed ſuo uentri ſeruiunt. Itaq; ueritatē hi non loquunt, timore
penuriæ ignobilis, dicūt autem quæ uulgus libēter audit, ſpe abūdātiæ: atq; ita
fiunt ſepulchrū patens. Has leues, blādas, ſed doloſas (ut nr̄a habet translatio)

*Placētia uulgo dicuntur.*

linguas

linguas omni ueneno aſpidũ nocentiores & peſtilẽtiores hoc uerbo p
ſiquidem ueritas aſpera eſt, uerbum crucis horridius, q̃ ſit Iohannis
*Verbi dei nũcius pauper uel non diu diues.*
Camelus, non enim mollibus ueſtitur uox clamantis in deſerto imp
Ideo neceſſe eſt uerbi dei nuncium aut pauperẽ eſſe, aut nõ diu diuit
Atq; hinc nata eſt una hodie omnium excuſatio, qua ſe excuſant, q nõ
& dicũt ueritatẽ, nempe q hinc ſit ſecutura ruina Eccleſiæ, monaſteri
moniorũ Chriſti, & non parũ gutturi & uẽtri detrahendum. Quare u
maneat & ſit eo patentius ſepulchrum, leuificãda eſt lingua, blandien
uulgo, conniuendum uitijs, tum, ſi ſunt maiores, etiam uitia pro uirtut
*In adulatores.*
ctanda. Quicquid dixerint, fecerint, non fecerint, ut diuina oracula hab
contraria uero omnia hæretica & impia arguẽda, perſequenda: tunc e
erit guttur, ſatis ſecurus uenter, tum nõ excommunicaberis, nec præbe
uaberis, quin ſi amplius linguã leuificaueris & blãdius adulatus fueris,
guttur tuum, erit patentius ſepulchrum, & uenter tuus diſtendeſ, obrue
neficijs & donis, ornaberis laudibus, Aurei erũt tui ſermones, digni ce
libelli, & quicquid calcaueris roſa fiet. His adulatoribus mundum eſſe h
refertũ, credo cuiuis expoſitũ eſſe: quãdo & religioſi ipſi in hoc linguæ le
candæ ſtudiũ toti æſtuant. Ita fit quod Ezechiel dicit cap. xiij. Væ qui cõſu
puluillos ſub omni cubito manus, & faciũt ceruicalia ſub capite uniuerſæ
tis, ad capiendas animas: Et cũ caperẽt animas populi mei, uiuificabãt ani
eorũ, & uiolabant me (id eſt ueritatẽ, falſam de me opinionẽ docẽdo) ad po
lum meũ propter pugillum ordei & fragmẽ panis, ut interficerẽt animas qu
non moriunt & uiuificarẽt animas quæ nõ uiuunt, mentientes populo me
credẽti mendacijs. Quæ ſentẽtia pulcherrima quid uelit, & quõ hũc locũ to
exponat, Sequitur: Dirumpam ceruicalia ueſtra (id eſt, blandos ſermones &
χρησολογιας, ut Apoſtolus uocat) & liberabo populum meum de manu ueſt
neq; erit in manibus ueſtris ad prædandũ: Ecce guttur & pugillum ordei &c.
Sequitur uero, ꝓpterea quod feciſtis mereri cor iuſti mẽdaciter (oportet enim
adulatorem non modo falſa impios docere, ſed etiam uere iuſti dogmata p
ſequi, alioquin guttur eius cito claudetur) quem ego non contriſtaui, & con
fortaſtis manus impij, ut non reuerteretur a uia ſua mala ut uiueret, propterea
uana non uidebitis & diuinationes amplius non diuinabitis &c. Patet ergo
noſtrum translatorẽ doloſam linguam intelligere adulatricem & blandientẽ
linguam, quæ pro terrenis his rebus, impia impios docet, & pia piorum perſe
quitur, ideo in ore eorum non eſt rectum & interiora uana, peruerſa, inſidio
ſa, ſic patet ſenſus huius uerſus.

*Excuſatio autoris & excurſuũ ratio.*
Diſplicet mihi ipſi prolixa iſta mea uerboſitas, & incompoſita ſaliua, quod
tot uerbis inculco breuiſſima uerba ſpiritus, uerum quãdo cõſydero me non
doctis, nec acutis, nec ingenioſis ſcribere, ſed ſimplicibus & uulgaribus maxi
me clericis, uideor mihi nimio adhuc breuis & parcus eſſe, præſertim in his re
bus, quæ ut ſumme ſunt neceſſariæ ſcitu, ita ſuperſtitionibus & idolatrijs per
orbem oppreſſæ, cordibuſq; hominum iam longo uſu alienæ, ut mihi opus ui
deatur eſſe, cõtinuis tonitruorum uocibus, quibus terreſtris homo concutiat
& expergiſcatur. Quare delicatus lector aut hæc non ſibi ſcripta nouerit, aut
memor ſit ſe patientiam debere infirmioribus & rudioribus, ſinatq; me (exem
plo Iacob patriarchæ Geñ. xxxiij.) cum turmis paruulorũ & ouium & boum
paulatim eorũ ueſtigia ſequi, ſicut uidero eos poſſe, ne ſi plus eos ambulando
laborare fecero, moriant una die cuncti greges &c.

Iudica illos deus, decidant a cogitationibus ſuis ſecūdū multitudi
nem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te dn̄e.

Prior particula huius uerſus apud nos ad præcedentē nectitur, nec ad ſenſum
hoc multū facit. Propheta impios hypocritas & operarios iniquitatis, hucuſq;
deſcriptos & accuſatos, iam petit tales decerni iudicio diuino: quod iudicio ho
minum probentur, excuſentur, & defendantur tanq̄ iuſti & ueraces, nec poſſit eis
hoc nomen auferri, quaſi cum Hiere. v. dicat: Stupor & mirabilia facta ſunt in
terra, prophetæ prophetabant mendacium, & ſacerdotes applaudebant mani
bus ſuis, & populus meus dilexit talia. Quid igitur fiet in nouiſſimo eius? Quis
enim reſiſtere poſſit ijs, qui ſuffragio & uulgi & maiorum tuti ſunt? At ſic ha/
bent impij operarij aduerſus unicum ueritatis preconem: ideo neceſſe eſt eum
multas ſcandaloſas, ſeditioſas, offenſiuas piarum aurium, erroneas & hæreti/
cas propoſitiones proferre, damnandas tam ſacerdotum & principum, q̄ po/
puli iudicio. Ipſe interim quid? unum hoc, quod orat deū pro ſententia, ei cau
ſam commendans.

Hebræum uerbum, quod iudica illos, uerſum eſt, Hieronymus uertit, con/
demna eos, ſignificat proprie hoc iudicium, quo oſtenduntur quales ſint, reue
lata eorum impietate. Quo ſenſu & Paulus loquitur. ij. Timo. iij. Inſipientia
eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit, ultra non proficient. q.d.
propheta: fac, ut ſicut modo omnibus probantur, amantur, iactantur, ita reue/
lata corū inſipientia odiantur, eijciantur, deteſtentur, ut homines uideant ſeſe
probaſſe male, quod tu damnaſti. Hoc enim uidimus & uidemus in omnibus
hæreticis obtigiſſe, ut primum quidem hominibus placuerint, ſed poſtea diſſi
pata ſunt oſſa eorum (ut pſal. xiij. dicetur) confuſi ſunt, quoniam deus ſpreuit
eos: interim ferenda eſt eorū gloria & iactātia, & plauſus & pompa. Ego uero
(ut Hiere. xx.) Interim factus ſum in deriſum tota die, omnes ſubſannabant
me, quia iam olim loquor uociferās iniquitatē, & uaſtitatē clamo. Et factus eſt
mihi ſermo domini in opprobriū & in deriſum tota die &c. Non ergo tantum
ad extremum iudicium hæc pertinent, ſed eſt oratio, ut ueritas triumphet iudi/
cante deo, quam illi opprimunt, iudicāte humano die. Iudica tu deus, quia ma
le iudicant homines.

*Cōtra hæreticos primū hominibus probatos, ſed dānatos poſtea.*

*Nota.*

Decidant a cogitationibus ſuis. Cogitationes, hoc loco eadem dictio eſt,
quæ, pſal. primo, conſilia impiorū ſignificauit, quare non ſimplices cogitatio/
nes, ſed, ut ibi & iam ſatis dictum eſt, Impias opiniones, ſenſus, mētes, dictami
na rationis, de deo, diuiniſq; operibus & uerbis, humanitus inuētas, & doctri/
na alijs traditas intelligimus. Vnde tapinoſis eſt in utroq;, in cogitationibus,
& in ſuis, ſuæ ſunt, non dei cogitationes: iuxta illud Iſa. lv. Non enim cogita/
tiones meæ, cogitationes ueſtræ, nec uiæ meæ, uiæ ueſtræ, quoniam ſicut exal/
tantur cœli a terra, ſic exaltatæ ſunt uiæ meæ, a uijs ueſtris. Quid his uerbis indi
cat, niſi cogitationes hominū quantūlibet ſanctas, eſſe terrenas, uanas & mē/
daces, iuxta illud pſal. Deus ſcit cogitationes hominū, quoniam uanæ ſunt:
ita cogitationes appellat tapinoſices, tanq̄ uagos & inſtabiles animi motus
(hoc enim eſt cogitatio) quæ illis uidentur ſtabiliora & perenniora decreta,
marinis rupibus. Sed & Paulus hebræos. xiij. monet ne uarijs & peregrinis do
ctrinis abducantur. & Ephe. iiij. Ne omni uento doctrinæ circumferamur: has
uagas muſcas, Aegypti plaga ſatis ſignificat, Chriſtus &q; Iohannis doctrinā
ob idem negauit arundinē eſſe, quæ uento agitetur, Matt. xj. Noſtra autem fidei

*Cogitationes hominū uanæ & inſtabiles.*

doctrina, firma petra, rupes, ſaxum eſt, irridens tam uentos ꝙ fluctus ma-
tius inæternum, ideo & iuſtitia eius in ſeculum ſeculi.

Verum quid hoc, quod nõ cogitationes, ſed ipſos cadere optat? Beatus A-
guſtinus arbitrat̃ hũc uerſum eſſe prophetantis, nõ orantis, aut ſi orantis
orari, ut bene cadant, & mutentur ad ſanas dei cogitationes. & placet eius ſen-
tentia: uerum tropus iſte hypallagicus adhuc urget, qui mihi uidetur eſſe
*Hæreſes extirpare.* lis ſententiæ cum illo pſal. lxxx. Diuertit ab oneribus dorſum eius. Quod
delicet in mundo, ubi regnant principes tenebrarũ, fruſtra quiſꝗ moliatur
ſint impiæ doctrinæ & cogitationes, cum neceſſe ſit uenire ſcãdala: Verum
curandũ, ut nos a doctrinis & cogitationibus ipſis auertamur, quæ nobis p
naciter nitunt̃ adhærere, & adeo nõ cadũt a nobis unꝗ, ut aſſidue etiã irr
in nos, & obſtinatiſſime impugnent. Quæ ſi ita ſunt, apparet eos, qui nulla
uolunt reliquas hæreſes, errores, impietates exiſtere, aliud nihil, conari, ꝗ u
exuſtis hæreticis ipſi ſoli ſint libere hæretici, pugnam enim, non otium nobis
indicat hic uerſus, contra cogitationes hominũ, dum nõ ipſas, ſed homines ab
eis cadere precatur: Glutino enim omniũ tenaciſſimo & fornicãtiſſimo amo-
re ſibi adhærent, cor humanum & ſuum cõſilium, ita ut magna & ui & opera
etiam gratia dei opus ſit. Cadere autem potius ꝙ auertere uoluit dicere, ꝗ a ſu-
perbia ad humilitatem uenire eos optat: Cogitationes enim inflãt, ut ſe pecca-
tores non poſſint agnoſcere, nec humiliari ad gratiam dei.

Qui uero uolet prophetantis ſenſum ſequi (qui mihi placet) facile & hoc fa-
*Impij ſuas cogitationes nõ perficiũt ſed cadũt potius.* ciet. Quod impij cadent a ſuis cogitationibus, quando fiducia earum ruit, ita
ut nequeant eas ſtabilire, nõ ſecus atꝙ inſtructura Babilonicæ turris monſtra-
tum eſt (nam illic officium, ſtudium, opus & finis, impiorum doctorum pul-
cherrime adumbratum eſt) ubi quod cœperant nõ poterant conſummare,
Quod & Chriſtus in parabola ædificãtis turrim depinxit. In hoc ſenſu pſal. xx
loquitur: Cogitauerunt conſilia, quæ non potuerunt ſtabilire, Cadunt ergo a
conſilijs perficiendis, dum pereunt, relicto poſt ſe monumento quo omnes ui-
dent, quid fuerint machinati, & nõ præualuerint, ſicut Arriani ceciderunt ſed
memoria eorum & cogitationes eorũ ab eis deſertæ & non perfectæ omnibus
irriſioni & fabulæ, reliquæ ſũt. Tale iudiciũ hic propheta & prædixit & impre-
catus eſt oĩbus impijs cogitationum ſuarum magiſtris & operarijs, ut cadant,
& nonperficiant quæ cogitãt aduerſus pietatem, hoc fit, cum iudicantur a deo
(de quo dictum eſt) donec enim iudicãtur ab hominibus, creſcunt & ſurgunt
in cogitationes ſuas.

Cur etiam non ſimpliciter dixit: Expelle eos, ſed addit ſcd'm multitudinem
impietatũ eorum? Ac uerbum expelle, diſperſionem in hebræo ſignificat: quo
modo autores turris Babylonis diuiſi & diſperſi ſunt in omnẽ terram, & ceſſa-
uerunt ædificare ciuitatem, Geñ. xj. Quod & beata uirgo dicit: Diſperſit ſu-
perbos mente cordis ſui. Cui rei cum ſuis uulpibus præluſit Samſon, Iud. xv.
Sic enim regnum in ſeipſum diuiſum deſolatur. Neꝙ enim ulli unꝗ hæretici
uicti ſunt, ui, aut aſtu, ſed mutua diſſentione: nec aliter cũ eis pugnat Chriſtus,
*Hæretici uincũtur mutua diſſentione.* ꝙ mixto inter eos ſpiritu uertiginis & diſſentionis: ſicut inter Sichimitas Iu-
dic. ix. inter Babylonicæ turris operarios, & in nr̃o teſtamẽto inter Arrianos,
Donatiſtas, Pelagianos. Sed & Iudæi nouiſſima uaſtitate, perierunt diſſen-
ſione. Ita ut Hilarius ſanctus uir, glorietur in libro de trinitate bellum hæreti-
corum eſſe pacem Eccleſiæ. Ad diſſentionem enim eorum ſequitur & corpo-
ralis eorum diſperſio. Hoc Chriſtus nimirum ſignificat, cum fortem armatum

armis ſpo-

armis spoliandum ita deſcribit, ut uniuerſa diſtribuenda & diſpergēda aſſerat, in quibus ille confidebat. Sic & Oſeas. x. ſimilem iniquitatum multitudinem deſcribens, diuiſione eos perituros denunciat, dicens: Vitis frondoſa Iſrael, fructus adæquatus eſt ei, ſcd'm multitudinem fructus ſui multiplicauit altaria, iuxta ubertatem terræ ſuæ exuberauit ſimulachris, diuiſum eſt cor eorum, nūc interibūt, ipſe confringet ſimulachra eorum, depopulabitur aras eorum. Quæ uerba aptiſſime huncuerſum exponunt: Quid enim multiplicatio altarium ſcd'm multitudinē fructus ſui ſignificat? niſi illud: Iſrael creuit in multas ciuitates, & tot ſibi altaria erexerunt: iuxta illud Hiere. ij. Scd'm numerum ciuitatum tuarū, erant dij tui Iuda. Qua diuiſione mox ſibi accelerāt diſperſionem, dum unaquæq; pars alterius optat ruinam, quo ſua ſolius ſtatuat.

Eſt ergo ſenſus, multis modis ſunt impij, multas ſuperſtitiones & Idolatriæ uaria genera perpetrāt, ſunt in ſeipſos quoq; diuiſi, ſicut Phariſæi & Saducæi, & eorundem noſtro ſeculo æmuli, quare ſcd'm hanc diſperge eos, ut deſinat eorum impietas, amiſſo concordiæ robore. Quæ ſi uera ſunt, uidetur Eccleſiæ imminere grādis perſecutio, uaſtitas & diſperſio, quæ in tot ſectas diuiſa, membris ſibi miſere pugnantibus, uehementi conquaſſatione minatur ingentem ruinam, non tm̄ tot altaria, quot ciuitates, ſed pene quot capita, adeo perijt fraterna charitas, ſine qua quicquid uiuitur, Idolatria ſit neceſſe eſt, quia nō quæritur id quod dei eſt, quo fit, ut omnium ſacerdotum & religioſorum, populorumq; ſpecioſas conuerſationes, poſthabita charitate (ſicuti nunc eſt Eccleſiæ facies) recte appelles multitudinem impietatum, ſcd'm quam & diuiſi ſumus, & diſpergentur prope diem unuſquiſq;, ut Iſaiæ. liij. In uiam ſuam, ſicut nobiliſſime (ut dixi) uulpes Samſonis figurant, uultibus diſiunctis, caudis igne coniunctis.

*Imminet Eccleſiæ grādis perſecutio.*

*Multitudo impietatum.*

Quoniam irritauerunt, hebraice: Amaricauerunt te. Diximus præ cæteris peccatis, hoc maxime urere & exacerbare & amaricare, quo id omittitur quod præceptum eſt, & aliud fit uelut melius, quod non eſt præceptum: Auen ſcilicet, ipſa inobedientia, Idolatria, operatio iniquitatis. Ideo Propheta eis tribuit, quod irritant & amaricant deum. Quod & alij Prophetæ faciunt, ubi domum Iſrael, amaricatricem, exaſperatricem, irritatricem, exacerbatricem (ut dictum eſt) appellant.

*Exacerbatur deus.*

Notandum uero q̄ nomen, impietatum, hoc loco aliud eſt a uocabulis præcedentibus, non enim Auen aut Reſcha, ſed פשע peſcha hic ponitur quod generale nomen eſt ad omnem tranſgreſſionem, Iſaiæ primo: Filios enutriui, ipſi autem ſpreuerunt me, id eſt, peccauerunt in me, ſeu tranſgreſſionibus ſuis ſpreuerunt me. Vnde & Hieronymus trāſtulit ſcd'm multitudinem ſcelerum eorum. Quæ autē ſint illæ tranſgreſſiones in ſpecie, ſuperius recenſuit, dicens; Non uolens iniquitatem tu es. Vult enim his omnibus, multis modis eos peccaſſe, tranſgreſſos & præuaricatos eſſe, ita ut etiam irritarint deum, dum ei placere ſibi uiderentur. Quæ multitudo impietatum non modo dicitur, q̄ ſcd'm prædicta in multas diuiſi ſunt ſectas, ſed q̄ quælibet quoq; ſecta his multis modis peccet, quos in ſeptenario prædicto deſcripſit.

Et lætentur omnes qui ſperant in te, in æternum exultabunt, & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum.

Digreditur autor diſſerit.

Affectuũ uerborum ex hebræo fonte petenda cõſtans differentia

Omnia hæc unus uerſus ĩ hebræo habet, beatus Hiero. ſic: Et lætẽt om[nes] qui ſperãt in te, in perpetuum laudabũt, ꝓteges eos, & lætabũtur in te qui di[li]gunt nomen tuum. Vbi noſter gloriabunẽ, pro lætabuntur dixit. Sed & h[ic] uariant mire in his affectuum uerbis translationes, ut nõ niſi in fonte hebr[æo] conſtans illorum poſſit ubiq; haberi differentia.

Quatuor affectuũ uerba hic uidemus cũmulata, lætari, ſperare, exultare, gloriari, ſed & illud, habitabis in eis prope affectum ſpei indicat. Quomodo [...] differunt? difficile eſt hoc inuenire, ꝙ rari ſint hij affectus & ardui, nec niſi [...]to cogniti & docibiles. Hoc unum certũ eſt, iuxta pſalmi totius ſenſum, lo[qui] eum de gaudio & ſecuritate cordis, nõ quæ in remotione malorũ exteriorum (ubi patientia regnat proprie) ſed in remiſſione peccatorum, puritate & [...]cia conſcientiæ (ubi ſpes regnat) habentur. Hoc enim egit, ut doceret, qua [...] iuſti & pij fierẽt, ſcilicet, miſericordia & timore dei, nõ operibus iniqtatis [...] quærunt gaudere & lætari, ſed nõ omnes recte quærunt, ideo nec inueniunt. Quare hũc uerſum in duo diuidamus, ut ſit uelut tautologicus, idẽ hoc, quod dicit: Et lætẽtur oẽs qui ſperant in te, in æternum exultabũt & habitabis in eis. Cum iſto: Et gloriabunẽ in te, qui diligũt nomen tuum.

Videẽ nanq; hos lætitiæ affectus opponere potiſſimũ פעלי און poele auen, id eſt, operatoribus iniquitatis, ſeu (ut frequẽtius transfertur) doloris, ꝙ ut di[c]ctum eſt, hæc idolatria & operum ſpecies ſit labor ſtultorum, qui affligit eos, & triſtes reddit, nunq; autem uere lætificat cor, ſicut dicũt Mal. iij. Et qđ emolumentum, quia ambulauimus triſtes coram dño. Et Iſa. lviij. Ieiunauimus, & non aſpexiſti, humiliauimus animas noſtras, & neſciſti, & cætera ꝑ totũ capitulum cum ſequẽte, late hãc miſeriam tractantia.

Vis ergo ſcire ubi ſit uera cordis lætitia? Lætentur, inquit, qui ſperant in te. Stat hæc diffinitio certa & ſententia firma, nõ in operibus, non in rebus ullis, ſed in ſpe pura, cor hominis lætaẽ, præter quam ſpem, q quærit aliunde lætari, ſudabit multum, fruſtraq; laborabit: Sed & cum hæmorrhoiſſa Euãgelica, ſubſtantia in medicos cõſumpta, peius habebit, ſicut cõtigit, ijs qui conſciẽtia perturbata, huc illucq; diſcurrũt, nunc hos, nũc illos cõſulentes, nunc hæc, nunc illa facientes, omniaq; tentantes, quo cor ſuum quierent: Spem uero quæ ſola quietat, quam & ipſi apud ſeipſos habere poſſunt, non quærunt. Ad has carnificinas cooperantur mendacij magiſtri, dum imprudenter docent opera, ſatiſfactiones, indulgentias, peregrinationes, & falſas tradunt conſolationes, & ſimilibus negotijs in tenebris ambulantibus ſeducunt, ſicut hodie eſt illorum omnium nullus numerus.

A ſola ſpe requies.

CVM VERO ſpes iſta per Pſalterium toties doceatur, digrediemur hoc loco paulo fuſius, ut ſemel pro oĩbus uim & modum ſpei cognoſcamus; Sunt enĩ hæc trepidis & puſilis cõſcientijs ſcitu neceſſaria ualde.

Igitur ſicut im patiẽtia, triſtitia, confuſio, proprie, & primo non ꝓueniũt ex multitudine uel magnitudine afflictionũ aduerſitatũ malorum quorũcunq;, ſed potius ex affectu talia exhorreſcente, & cõtraria, ꝓſpera, iucunda, glorioſa, appetente inſipienter: Ita deſperatio, triſtitia ſpiritualis, confuſio perturbatæ conſciẽtiæ, non ꝓueniunt proprie, & primo ex multitudine & magnitudine peccatorum, ſed ex affectu potius peccata exhorreſcente & copiam bonorum operum, iuſticiæ, ſalutis, quærente inſipienter.

Deſperationis origo.

Prior pars

## De ſpe & paſſionibus.

Prior pars clara eſt, quia hic dicit: Lætentur in te omnes qui ſperant in te, ſi omnes qui ſperant, lætabuntur in domino, nullos exceptos ſinit intelligi, nec eos qui in tribulatione ſunt, immo de his ipſis maxime loqtur, ꝙ in dño lætantur, dum in ſeipſis uel hominibus triſtantur: Hij ſunt fideles Chriſti, in quibus ut abundant paſſiones Chriſti, ita & conſolationes eiuſdem: ut Apoſtolus loquitur, Sciunt enim ubi & in quo lætandum & gloriandum ſit, nempe in domino, ideo per hanc ſuam ſapientiam non triſtantur, non confunduntur, non impatientes fiunt, quia nec affectant proſpera, iucunda, glorioſa, quare per medium tranſeunt tam bonorum ꝗ̃ malorum, ſicut ſcriptum eſt: Non conturbabit iuſtum quicquid acciderit ei. Et Prouer. xxviij. Fugit impius nemine perſequente, iuſtus quaſi leo cõfidens, absq; terrore erit. Qui uero ignorant & inſipientes ſunt, nec uolunt ſcire, ꝙ in deo ſit lætandum & gloriãdum, quid aliud faciunt, ꝗ̃ ut triſtentᷣ, perturbentur, impatientes fiant, non quia aduerſa & triſtitia ueniũt, ſed quia his uenıẽtibus, affectu ſuo ſtulto, nõ ad deum, ſed poſt ſua proſpera & iucunda reſpectant: ſic fugiunt & nõ effugiunt, quia non quo fugiendum eſt, fugiunt. Quare uniuerſa cuiuslibet triſtitiæ, cauſa eſt affectus lætitiæ, & gloriæ inſipiens, quibus niſi eſſet agglutinatus, nihil facerent aduerſitates, ut ſit uerıſſimum ꝓuerbium: Mundus regitur opinionibus, & tales cuiq; res, qualis opinio rerum, cõtemptæ nulli, neq; nocẽt, neq; ꝓſunt, æſtimatæ autem, tum proſunt, tum nocent.

Fiducia ĩ deũ nõ opibus peccata uincũtur

Altera pars ſimilit̃ certa eſt, quia multi & magni peccatores ſalui facti ſunt, & ipſi quoque, quos hic lætari dicit in domino, cum Iob utique dicent: Non poterimus ei reſpondere unum pro mille: Ac per hoc multitudinem & magnitudinem habent peccatorum. In quibus utiq; deus oſtendit, deſperationis cauſam non eſſe multitudinem peccatorum, ſed inſipientiam affectus bona opera quærentis, in tempore conſcientiæ perturbatæ, quæ opponat peccatis eum urgentibus, putat enim (opinione perdita) operibus peccata potuiſſe ac poſſe uinci, quæ ubi nõ inuenit, neſciens ꝙ ad dei miſericordiam ſit ſuſpiciendum, neceſſario deſperat, non ſecus atq; ille neceſſario impatiẽs fit, qui neglecto dei reſpectu, bona quærit malis opponere, ac nõ habet: Nõ enĩ ulla opera, uel contra unum peccatum, etiam ueniale ſufficiunt. Sic enim infelix cõſcientia morituri impij, & ad iudicium dei properãtis dicit, ſecumq; diſputat: O me miſerum, ſi nunc multa bona feciſſem, ſi nulla mala feciſſem, ſi mundus permanſiſſem. Quid hæc uerba plena ſtultitiæ & impietatis omniũ maxime indicant, niſi hanc ſentẽtiam Auguſtini eſſe ueram: Percutitur etiã hac animaduerſione impius, ut moriẽs obliuiſcatur ſui, qui dum uiueret oblitus eſt dei: Quærit bona & odit mala, & nõ ſentit ſe nunq; tã male egiſſe & minus bona quæſiſſe, ꝗ̃ hac ipſa hora, qua hæc dicit & inſipientiſſime ſapit, probat enim ſe non in deum ſperare, ſed in opera præſumere, quia ſi uellet ſperare, deum adhuc haberet præſentem, in quem poſſet ſperare, qui in opera præterita reſpicit ut præſumat, quæ merito tunc non ſunt, in quæ præſumat. Si propter opera in deum ſperat (ſiquidem tunc confidentius & lætius ſe in deum ſperare ſomniat, ſi copiam ante ſe uideret operum) cõuincitur magis in opera ꝗ̃ deum ſperare, quo quid horribilius, & magis impium?

In opera nec quicquam ſperandum.

Iuſti uero etiam ſi peccant, non deſperant, quia ſicut inter mala corporalia (id eſt, paſſiones huius uitæ) & bona trãſeũt medij: Ita & inter mala ſpiritualia, (id eſt, peccata & bona) Nec præſumentes ꝙ bene uiuunt, nec deſperantes ꝙ

Digreſſus autor differit

*Nec præſumē dū nec deſperandum.*

peccant: Scientes in neutro horum eis eſſe ſiue lætādum, ſeu triſtādum, quæ ſciant eſſe dona dei, aut donorum dei ablationem, ipſi uero in ipſo datore hærent. Hoc eſt quod Prouer. xxiiij. Septies cadit iuſtus, & reſurget, impij uero corruēt in malum, id eſt, nō reſurgunt, ſed deſperationis malum incurrunt. Si enim ſperas uel ſperares, qñ bona egiſſes, multo magis tunc ſperandum eſt quando mala egiſti, ne dicatur tibi illud pſal. xlíij. Cōfitebitur tibi cum benefeceris ei. Et illud: In tempore tentationis recedunt: neue addas iniquitatem ſuper iniquitatem & inobedientiæ blaſphemiam. Vnde uehæmenter metuendum eſt, ne cōtingat impijs utrunq; malum, q ſicut deo lætari & gloriari ſibi uidentur, qui gloriam & proſpera omnia habent, cum reuera nō in deum ſed in eius dona, proſpera ſcilicet cōfidant, ſicut probat tentatio: Ita & in dominis & laruis operum occupatiſſimo) qui ſancte, religioſe & (ut uocāt) obſeruantes etiam uiuunt, cum uere in ſuā ſanctitatem ignorātes ſperent, ut probabit hora mortis, ubi cum ad iudicium uenerint, confidentiusq; moriuntur, q ſibi cōſcij ſunt bonæ uitæ, qua fiducia in deum ſperant (id eſt, ſpem ueram peſſundant) fiet eis ſicut illi, qui ſuper truncum in aqua natātem pedem poſuerit, & ſubito ruit in ꝓfundum: ſeu ſicut Iſaias. xxx. de eis, dicit: Propterea erit uobis iniquitas hæc, ſicut interruptio cadens, & requiſita in muro excelſo, quoniā dum ſubito non ſperat, ueniet contritio eius.

*Spes quæ in meritis eſt, nulla eſt.*

Igitur ſicut patiētia quæ in proſperis eſt, nulla eſt, ita ſpes quæ in meritis eſt, nulla eſt. Atq; q̄ facile aut poſſibile eſt patientiam habere in proſperis, tam facile eſt ſpem habere in meritis, utrobiq; enim periculum eſt, illic ne ſeruus ſuperbiat, hic ne iuſticia inflatus timorē dei (id eſt, exercitium ſpei) poſthabeat. Patientiæ ſiquidem eſt, non niſi in aduerſis eſſe, ita ſpei natura non eſt, niſi in

*Facienda non ſunt male ut ſperemus abū de iā aſſunt.*

peccatis eſſe. Facienda ergo peccata, ut ſperare ualeamus? Abſit, abunde iam aſſunt, quæ fecimus, & in quibus nati ſumus, ut ſpei magnum ſit certamen aduerſus illa, quando nec opera bona ſunt, niſi peccata coram deo. Crudelis itaq; deus, qui omnia noſtra damnat? non, ſed inæſtimabilis dei miſericordia, ut ſe nobis cōmunicaret, & fiduciam noſtri a nobis tolleret (quæ unice aduerſatur eius miſericordiæ) dedit legem, qua cōcluſit omnes ſub peccato, ut omnium miſereat̄. Ro. iij. Quia ubi nō eſt lex, nec peccatum: ubi nō eſt peccatum, nec miſericordia: ubi nō eſt miſericordia, nec ſalus: ubi non eſt ſalus, nec deus: Atq; ita uirtus peccati, lex, uirtus autē legis, miſericordia: uirtus miſericordiæ, ſpes: uirtus ſpei, ſalus: uirtus autē ſalutis, deus, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, qm̄ ipſe eſt deus ſaluos faciēdi, & dn̄s deus exitus mortis, pſal. lxvij. Lex ſiquidem operatur nobis peccatum, miſericordia operatur (id eſt, implet) legem, ſpes miſericordiam, ſalus ſpem, deus ſalutem, & omnia in Chriſto: Ita deſcendit ſalus a Chriſto deo uſq; ad peccatum, & nos a peccato aſcēdimus ad ſalutem uſq; in Chriſto homine. Ex his hoc ſequitur: Sicut in temporalibus, bona ideo dant̄ a deo, ut per ea deum magis diſcamus colere, ſperare, & amare, ubi uitio noſtri affectus fit, ut difficilius & minus, immo facilius & magis in aduerſis colatur, ſperetur, ametur: Ita in ſpiritualibus bona gratiæ & merita donantur a deo, ut p ea in deum ſperare abundātius doceamur: Et ecce uitio noſtri affectus in illa præſumētis, fit, ut minime oīum per hæc ſperēt, ſed facilius in peccatis ſperare cōtingat: Ita ut diuinæ bonitati neceſſariū uiſum fuerit, erigere crucem, & p eius prædicationē ſaluos facere credentes, ſtultos, & peccatores; repro-

reprobare uero ſapiētes & ſanctos: ut. j. Cor. j. dicit: Nos prædicamus Chri
ſtum crucifixum, Græcis ꝗdem (id eſt, ſapiētibus) ſtultitiā, Iudæis uero (id eſt,
ſanctis) ſcandalum, ipſis autem uocatis Iudæis & Græcis (id eſt, peccatoribus
& ſtultis) uirtutem dei & ſapientiam, & cætera ibidem pulchre.

Quo circa, ſicut periculoſiſſimum eſt hominem in ꝓſperis ſemper relinqui,
q̃ aut nunq̃ aut rariſſime diſcit diligere deum, ita magis periculoſum eſt relin
qui hominem in multis meritis & gratijs dei uſq; ad mortem, quia uix unq̃ di
ſcet in deum ſperare; Proinde fit dei miſericordia, ut nō modo cadāt in pertur-
bationem conſcientiæ, ſed etiam, ſi ſunt craſſioris duritiæ, aliquando in opus
manifeſtarium peccati, ſcilicet, fornicationis, aut ſimilis ſceleris: tantaq; cura
illos deus ſeruare cogitur, ut contra miſericordiam ſuam eos ad miſericordiam
perducat, & per peccatum a peccato liberet.

*Sancti cadunt dei miſericordia in ſcelera certa.*

Verū hæc inſolita ſunt multis, obijcerent fortaſſis: Ergo tm̃modo peccādum
eſt & bona prorſus omittēda: ſeu (ut Apoſtolo quoq; eadē docēti obijciebāt)
faciamus mala, ut ueniāt bona. Videmur enī ſic dicentes, uiam aperire peccan
di & bona ꝓhibere, uelut noxia ad ſalutem. Reſpondemus.

Bona opera nō modo non ꝓhibent̃, ſed maxime commēdātur iſtis uerbis,
& peccata optimo magiſterio penitus tollunt̃, dum ab intra bona ꝓcedere, &
peccatum intus occidere docēt. Solus enī affectus ille (ſerpētis antiqui caput)
occultiſſime & ſubtiliſſime carnalis (qui iſtis operibus cōfidit, & ſpei, quæ eſt
in dei ſolius miſericordia, cōtentioſiſſime reſiſtit) conterendus, eruendus, per-
dendus eſt: Et intelligendū, ꝙ ſi bona uita acta nō fuerit, non ideo deſperetur,
nec ideo ſperetur, quia acta fuit: At illud difficile, hoc autē difficilius, quia in
illo pugnatur ſolum cōtra peccata, in hoc aūt ſimul cōtra bona opera & pecca
tum, id eſt, affectum præſumptionis in bonis operibus.

*Opa bona nō prohibentur, ſed maxime cōmēdantur.*

*Affectus cōſidēti in opera perdendus.*

Nam cum dico patientiam non ſubſiſtere in rebus proſperis, nunquid ideo
res, poteſtatem, pacem, uitam damno, cum ſine his nō uiuatur & ſint dei opti-
mi bonæ creaturæ? Minime, ſed affectum illorum damno, ita ut res ipſæ quan
doq; cogantur uocabulo ſe indigno uocari: ut quod uanæ uocantur apud Ec-
cleſiaſten, & ſpinæ in Euangelio per Chriſtum, ſine omni ſuo uitio, ſed ob al-
terius uanitatem, ut Ro. viij. Apoſtolus dicit, ſub qua ingemiſcit ſubiecta,
non uolens. Ita & hæc optima opera impiorum, cum ſint dona dei, quibus
nonnunq̃ alij iuuantur, & ipſi perduntur, ſine ſuo uitio, ſed illorum contagio
uocantur, Auen, iniquitas, idolatria, inobedientia: Ita de illis Moſes Deutro.
xxviij. In uelamine uultus ſui loq̃tur: uxorem duces, & alius dormiet cum ea,
domum ædificabis, & nō habitabis in ea, plantabis uineam, & non uindemia-
bis eam: Et alia q̃ plurima in hunc modum, quo eis laborem, alienis fructum
prædicat futurum: Quid enim aliud ibi ſtatuit, q̃ facere quidem eos bona, ſed
quibus ipſi puniātur alij iuuentur? Ex quibus illud diſſoluitur argumentum
quorūdam, quo modo opus extra gratiā factum ſit peccatum, ut dare eleemo-
ſynam, ſubuenire egenti & ſimilia? Quaſi uero Chriſtus ignoret prophetare,
& uirtutes facere in nomine ſuo, & audire uerbum ſuum, eſſe bona, quæ tamē
damnaturus pro iniquitatibus, dicet: Diſcedite a me omnes qui operamini
iniquitatem, Matthæi. vij. Aut ſi meretrix ornetur auro & gemmis, neceſſe ſit
illam non in his quæ bona gerit peccare. Igitur alijs prodeſſe poſſunt impij &
bona facere, ſibi nequaq̃: deus potius per illos operatur, qui operatur omnia
in omnibus, etiam in malis.

*Res aliquando indigno ſibi uocabulo uocantur.*

*Quō opus extra gratiā factum, ſit peccatum.*

Digreſſus autor differit

*Spei obiectũ eſt deus.*

Hæc omnia, hoc probantur firmamento, ꝙ una omnium ſententia, ſpes ſit uirtus Theologica, non niſi ſolum deum habens pro obiecto (ut uocant). Deus autem bonitas eſt & miſericordia noſtra, nobis promiſſa: Vbiſque in aliud ꝙ promiſſam miſericordiam (id eſt, deum) ſperat, iam præſumit, ac fal-ſa ſpe: Idem facit qui ſimul cum meritis (ut beatus Auguſtinus ſentit) quia tunc non ſuper omnia amatur: Ita nec in eum poteſt ſperare cũ alio quopiam, quia non ſuper omnia ſperatur in eum, ſed ne credi poteſt in eum cum alio, quia non creditur in eum ſuper omnia: adeo iſtæ uirtutes ſunt diuinæ, tantum modo diuinum obiectum., ſubiectum, operatorem, opus, artem, modum obtinentes. Hic enim ſponſus, cum ſponſa, ſecreta cubilis capit, ſolus, cum ſola, ubi in cæteris operibus per filias Hieruſalem, aut ſodales res geruntur, cæteræ omnes claudicant in duas partes, Baal ſuum colentes cum deo. Denique eo quoque probantur hæc dicta, ꝙ ſpes ſit rerum non apparentium, ſicut fides & charitas. Ro. viij. Spes quæ uidetur, non eſt ſpes, quod uidet quis quid ſperat? ſicut qui credit quod uidet, quid credit? Qui diligit quod uidet, quid diligit? nihil profecto, niſi carnale ſpectrum longeꝗ inferius deo, id eſt, non rem, ſed laruam. At qui in opera ſua ſperat, uidet, tenet, habet, ſentit, in quo nitatur non in ꝓmiſſorem inuiſibilem, inſenſibilem, incomprehẽſibilem, quẽ uerbo ſolo audiuit ſibi ſignificari. Arduiſſima, aſprima, duriſſima ſunt hæc carni noſtræ, quia mors eius in his regnat.

*Spes non eſt apparẽtium.*

*Theologicæ uirtutes, quare dicantur.*

*Cantica canticorum uoluptati contraria prorſus ſignificant.*

Proinde quæ in Canticis de ſponſo & ſponſa, uelut laſciuo, & de hominum carnali amore dicuntur, immo & omnia quæ inter ſexum maris & fœmineæ etiamnum geruntur, non ſignificant, niſi extremæ contraria uoluptatibus illis: Nempe, fidei, ſpei, charitatis perfectiſſima opera, hoc eſt nomen, & infernum: ſicut ibi dicit: Fortis ut mors dilectio, & pura ſicut infernus æmulatio. Et iterum: Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam, ſi dederit homo omnem ſubſtãtiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. Quæ de libidinis ardore intelligi nequaꝗ poſſunt. Multi multa de Theologia myſtica, negatiua, propria, ſymbolica moliuntur & fabulantur, ignorantes, nec quid loquantur, nec de quibus affirment, neꝗ enim quid affirmatio aut negatio ſit, aut quomodo utra fiat, nouerunt: Nec poſſunt commentaria eorum citra periculum legi, ꝙ quales ipſi fuerunt, talia ſcripſerunt, ſicut ſenſerunt, ita locuti ſunt: Senſerunt autem cõtraria negatiuæ Theologiæ, hoc eſt, nec mortem, nec infernum dilexerunt: Ideo impoſſibile fuit, ut non fallerent tam ſeipſos, ꝙ ſuos lectores. Hæc admonẽdi gratia dicta uelim, ꝙ paſſim circumferuntur, tum ex Italia, tum Germania Commentaria Dionyſij ſuper Theologiam myſticam, hoc eſt, mera irritabula, inflaturæ & oſtentaturæ ſeipſam ſcientiæ, ne quis ſe Theologum myſticum credat, ſi hæc legerit, intellexerit, docuerit, ſeu potius intelligere & docere ſibi uiſus fuerit, uiuendo immo moriendo & damnando fit Theologus, non intelligendo, legendo, aut ſpeculando.

*Autores myſticæ Theologiæ falluntur & fallunt.*

*Vitæ moribus Theologus nõ ſcientia.*

Rurſum illud Apoſtoli Ro. v. obijcitur: Tribulatio patientiam operatur, patientia ꝓbationem, probatio uero ſpem, ſpes aũt non cõfundit. Hic certe Apoſtolus, ſpem in merita collocare uidet̃, ita ut hinc magiſter Sentẽtiarum cum uniuerſa Theologorum turba, diffinitionẽ ſpei amplectant̃ illã: Spes eſt certa expectatio ꝑmij ex meritis ꝓueniẽs. Neꝗ enĩ aliã ſpem illi habẽt, niſi quæ eſt in meritis. Ex qua ſentẽtia ꝗd aliud potuit ſeq, ꝙ ruina uniuerſæ Theologiæ,

ignorantia

De ſpe & paſſionibus.

Ignorantia Chriſti & crucis eius, & obliuio (ut apud Hieremiam queritur) dei diebus innumeris. Quid autem nobis ad hoc dicent, ꝙ fidem, ſpem, charitatem ipſimet cõfitentur infuſas eſſe uirtutes & principia omnium bonorum? Neq; enim etiam ipſi merita ante charitatem fieri dicunt: Tum cum charitate ſimul infundi ſpem & fidem conſtanter aſſerunt, ergo eorum quoq; ſententia, non ſpem ex meritis, ſed merita ex ſpe ꝓuenire certum eſt, & tñ ſpem diffinientes, ſpem ex meritis producentes, uertunt hanc ſententiam ſibiq; contradicunt. Deinde quid ad Apoſtolum dicent, cum ille patiẽtiam opus tribulationis ponat? At quis ſine ſpe toleret quicq; tribulationis? deſperans enim non ad patientiam, nec ad probationem, neq; ad gloriationem in tribulatione peruenit unq̃, ſed contra peior fit tribulatione ſemper, ut Matth. vij. De domo ſuper harenam ædificata Chriſtus docet, cuius ruina magna fit, irruẽtibus uentis & fluminibus. Quod & de ſemine qđ ſupra petram cecidit, ſignificat, quod natum oriente ſole aret, ut qui in tẽpore tentationis recedunt: unde ſpem in principio tribulationis adeſſe oportet. Sed & illud uide, ſpes ſolum ex meritis prouenit: nullus ergo peccator ſperabit, ſed ſolus iuſtus? Quis tum ad pœnitentiam cõuertetur? ubi erit iuſtus, ſi nullus peccator pœniteat? At quo modo pœnitebit niſi ſperet miſericordiam dei? An dicendum eſt morituro peccatori: Abſit a te, noli ſperare, nõ habes merita, ex quibus tibi ſpes poſſit prouenire? Hoc iam eſſet non theologiſare, ſed diabologiſare, huius enim tunc potiſſima uox eſt: Noli ſperare, quia cares meritis, cũ in morte ſit prima, ſumma, optima oium, ſpei officina, & ipſa mors ſpei ſit artificioſiſſima opatrix. Falſiſſima ergo eſt diffinitio iſta ſpei, & potius cõfitebor me nõ intelligere uerbum Apoſtoli, ꝙ eam diffinitionem ſpei admittam ex ipſo formari.

*Spes non ex operum meritis, ſed meritoria opera ex ſpe.*

*In morte parata ſpei officina.*

Delyrabo itaq; meo ſenſu, primum, certum eſt gratiam, id eſt, fidem, ſpem, charitatem non infundi, niſi peccatum effundatur ſimul, hoc eſt, peccator non iuſtificatur, niſi damnetur, non uiuificatur, niſi occidatur, non aſcendet in cœlum, niſi deſcendat ad inferos, ut habet tota ſcriptura. Quare in gratiæ infuſione neceſſe eſt eſſe, amaritudinem, tribulationem, paſſionem, ſub quibus gemit uetus homo, ſuum occaſum ægerrime ferens. In qua tribulatione, ſi patiens ſit & expectet operantis manum, & gratiam ſibi infundentem, probatus eſt, & obtinebit ſpem, fidem, charitatem, quæ hoc negotio infundunt̃, quod fit, quoties nobis, noſtræq; uoluntati contraria contingunt, & eo magis, quo magis contraria. Iſte inq̃ eſt modus, non modo primæ gratiæ infundendæ, ſed & cuiuslibet eius ſequẽtis augmenti. Semper enim magis ac magis crucifigitur uetus homo, expelliturq; peccatũ, ingrediẽte ſemper magis ac magis gratia uſq; ad mortem, iuxta illud Apoſtoli. xxij. Qui iuſtificatus eſt, iuſtificetur adhuc, & qui mundus eſt, mundetur adhuc. Et Ioannis. j. gratiam, pro gratia accipimus, & iuxta Paulum Ro. j. Iuſtificamur ex fide in fidem, transferimur de claritate in claritatem, imus de uirtute in uirtutem. pſalmo. lxxxiij. Ita de ſpe in ſpem proficiſci recte dicemur.

Perſpicuum ergo eſt Apoſtolum, non tam loqui de ſpe ipſa obtenta, ꝗ̃ de certitudine cordis in ſpe, dum homo poſt tribulationem & infuſionem ſpei (q̃ñ ſibi ſine ſpe uidetur eſſe) ſentit ſe ſperare & credere & diligere, tũc enim guſtatur ꝗ̃ ſuauis ſit dñs: Et incipit hõ eſurire & ſitire magis pati, q̃ ſpem maiorẽ operetur tribulatio, quare neceſſe eſt fidem, ſpem, charitatem eſſe in cuiuslibet boni operis & paſſionis initio, & tñ poſt opus & paſſionem, ea quæ latuit

*Aliud ſpes obtenta, aliud certitudo cordis.*

fit manifeſta

Digreſſus autor diſſerit

ſit manifeſta, ut qui probati ſunt, manifeſte fiant. Quo modo Iob tenta
& Abraham, ut cognoſcerentur etiã ſibijpſis & certi fierent ſe creder, ſpe
diligere deum: ſicut dictum eſt ad Abraham: Nunc cognoui, ꝙ timeas de
id eſt, cognoſcere te feci: ut Aug. exponit. Oportet enim non modo cre
ſperare, diligere: ſed etiam ſcire & certum eſſe ſe credere, ſperare, diligere
in abſcondito tempeſtatis, hoc poſt tempeſtatem agit̃, ſic & Petrus docet
ſatagere, ut per bona opera certã faciamus uocationem noſtram, q̃ñ aliud
eſſe aut fieri bonum, & aliud noſſe bonum eſſe uel factum. Non ſecus
ſanguinum & doloſus ſi irritatur, inuenit̃ uir ſanguinum & doloſus, q
ſuauis & ſimplex uidebatur etiam ſibijpſi: Ita crux operatur in his q ſuſti
& probãtur ad finem uſq;, ſpem ſolidam (id eſt, incipit, auget, & prodit, &
tam ac cognitam facit) In his qui non ſuſtinent, ſed reprobi inueniũtur, ſ
ab initio, deſperationẽ impotẽtiſſimam. Hinc Taulerus homo dei, & om
experti dicunt, deum ſuis filijs nõ eſſe unq̃ gratiorẽ, amabiliorẽ & dulcior
ac familiariorem, q̃ poſt tribulationis ꝓbationem. Hãc ſane ſpem Apoſto
hic ꝓduci dicit ꝓbatione, ſicut & filij patrem carnis dulcius amant, poſt u
qua uerberati ſunt: Ita carni cõtraria uoluptate, ſponſus ſponſam ſuam a
Chriſtus: nempe poſt amplexus, amplexus uero ipſi, mors & infernus ſu
Hic uiget & regnat ſacramentũ illud magnum: Erunt duo in carne una, Chri
ſtus & Eccleſia, uere magnum, quia duriſſimum, ſed ſuauiſſimos ꝓducens fr
ctus, prolemq; deo ſimillimam, opera prorſus inculpata, quia ſic uitis purgat̃
ut fructus plus afferat. Quod ſi de quolibet gradu ſpei uerum eſt, ex ꝓbatione
eam fieri, quãtomagis de perfecta hoc dicere & ſentire credendus Apoſtolus,
quæ multis ac diuerſis tribulationibus emergit.

*Crux ſpem ſolidã operatur*

*Quando deus dulciſſimus.*

Videamus nunc uerba Apoſtoli, qui ſpem uocat opus ꝓbationis, probatio
nem patientiæ, patientiam tribulationis, quæ magiſter nimis expreſſit, cum ap
pellauit merita, ex quibus prouenit ſpes, aut certe non ſatis intellexerunt me
rita illa. Actiua ſane uita, in qua multi ſatis temere cõfidunt, quam intelligunt
quoq; per merita, nõ producit nec operatur ſpem, ſed præſumptionem non ſe
cus ac ſcientia inflat. Ideo addenda eſt uita paſſiua, quæ mortificet & deſtruat
totam uitam actiuam, ut nihil remaneat meritorum, in quo ſuperbus glorieẗ.
Quo facto, ſi homo perſeuerer, fit in eo ſpes, id eſt, diſcit nihil eſſe, in quo gau
dendum, ſperãdum, gloriandum ſit, præter deum. Tribulatio enim, dum a no
bis omnia tollit, ſolum utiq; deum relinquit, neq; enim deum poteſt tollere,
immo deum adducit, ablatis autẽ cunctis, etiã operibus bonis ac meritis, ſi hic
ſuſtineamus, deũ inuenimus, in q̃ ſolum fidimus, ac ſic ſpe ſalui facti ſumus.
Quo circa operarij ſancti, & ſi tota fiducia dicant ſe confidere in deum, ubi ta
men uita eorum actiua (quæ tota uirtus eorũ eſt) cœperit tentari, uel deſpectu
coram hominibus, uel turbine conſcientiæ coram deo, ſtatim deficiunt, oſten
duntq; ſe magis in uitam ſuam præſumpſiſſe, q̃ in dei miſericordiam ſperaſſe:
Cum nulla actiua talis ſit, quæ corã deo ſatis, immo etiã quæ corã hominibus
in finem uſq;, grata ſit oĩbus. Iuxta illud: Non intres in iudiciũ cum ſeruo tuo,
quia nõ iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis uiuẽs. Sola uero paſſiua uita pu
riſſima eſt, ideo & ſpem & gloriã operatur, atq; in hoc oportet nos cõformari
imagini & exemplo Chriſti, regis & ducis noſtri, q per actiuã quidem uitam
incœpit, ſed per paſſionem cõſummatus eſt, oĩbus ſcilicet, operibus eius, tam
multis tã magnificis, adeo in nihilũ redactis, ut nõ ſolum corã hoĩbus ſit cum
iniquis

*Actiua uita & merita nõ opantur ſpẽ, ſed potius paſſiua.*

*Oportet ut ducem noſtrũ Chriſtũ in paſſione ſequamur.*

De ſpe & paſſionibus.

...ni quis reputatus, ſed & a deo derelictus. Adeo ſcilicet oĩa a nobis auferēda ſunt, ut nec optima dei dona, id eſt, ipſa merita, reliqua ſint, in quibus fidamus: ut ſic ſpes puriſſima in puriſſimum deum, tunc demum homo uero purus & ſanctus eſt. Quod negotium uarijs agitur tribulationibus & multis ſane dolo ribus, maximis autem, ubi ad extremum decus ſpei incipimus propinquare, id eſt, ablationem bonorum operum, & bonæ in uita noſtra conſciētiæ. In cæ teris enim uel rerum uel ualetudinis uel honoris ablationibus, non tam ſpes, quam patientia contra impatientiam & hominem pugnat, ut in quibus homo ſic exercetur, ut ea nunquam reditura diſcat patiēter cōtemnere. In his uero conſcien tiæ procellis & meritorum ruinis, ſpes ipſa pugnat contra deſperationem & ſe re contra ſeipſam, immo contra deum, quē ſentit ſibi iratum, ſicut ei quæ nihil bonorum meritorum habeat, & quibus non poſſit, & tamen cogatur carere, quod miſerrime diſcrutiat ſpiritum & expanſum cū Chriſto, dinumerat oĩa oſſa eius. Ita ut ſpem, recte quiſpiam poſſit patientiam ſpiritualē, ſeu patientiā in culpis ſuſtinendis appellare: Sicut econtra, patientiam, poſſit ſpem corpora lem ſeu ſpem in ferendis pœnis. Quid enim aliud eſt in conſciētia, & de deſpe ratione tentari, quam culpas non remiſſibiles ſentire, deum nolle propitium fieri, omnia opera bona funditus corruere? Et tamen ſi perſeueret homo, & contra ſpem in ſpem ſperet, probatus inuenietur, & hac tribulatione meritis exutus, ſpe induetur & coronabitur inconfuſibili corona in æternum. Non enim uere iratus eſt deus, nec culpas irremiſſibiles uult, ſed tentat nos, an magis in miſeri cordiam ſuam puram, quam in noſtra merita ſperemus.

*Homo uere ſu rus & ſanctus.*

*Crucifixio ſpi ritus uere Chriſtiani.*

*Spes & patiē tiā quid ſint.*

*Nota.*

Noſtri uero iuſtitiarij actiua meritorū uita ſaginati, nihil æque horreſcunt, atque hanc meritorum ſuorum crucem, decepti uerbo magiſtri, quādo ſpem ex meritis prouenire dicit, quæ illi opera intelligunt: Apoſtolus uero tribulatio nes, id eſt mortificationes & cruces operū. Vide ergo, quam longe ſimus progreſſi a uera ſciētia ſpei, unico uerbo magiſtri imprudēter intellecto, fecitque hic error infinitas conſcientiarū carnificinas, forte & æternas damnationes. Dum enim per operā, ſpem & pacem ſtuduerunt inuenire, quærētibus autē reſiſteret ob uia tribulatio, uel conſciētiæ, uel corporis, uera ſcilicet officina ſpei, Ipſi eā non agnoſcentes & repellentes, cum aliā inuenire non poſſent, neceſſario deſpera uerunt, nec mirū, quærebāt enim ſpem, uia qua itur ad præſumptionē, & impe diti, ſeu, ut Oſeas dicit, Septa hac eorū uia ſpinis, nec intelligentes hoc impedi mentum, eſſe ueram uiam ad ſpem, defecerunt. Hinc illa turba hodie, infirmo rum, puſillanimorū ſcrupuloſorum & inconſtantiū in oībus uijs ſuis. Nō eñ ideo tentaris, deſperatione ſeu turbinibus conſciētiæ, ut ad operum fiduciam curras, ſed contra ab opere auocaris, quia ſpiritualiſſima, & ſi acerbiſſima, hæc pugna eſt, intra te ſolum cum ſolo deo cōſūmanda, ſola ſpe ſuſtinente & expe ctāte, deoque cauſam totam commendante, deumque contra deum uincente: ſi cut Iacob Geñ. xxxij. cum deo ſolus luctatus ſcribitur & uiciſſe eum, ac ideo in eodem loco benedictionem ab eo accepiſſe, cuius nomen non licuit ſcire, unde & Phanuel eum locum appellauit, dicens: Vidi dominum facie ad faci em, & ſalua facta eſt anima mea.

*Experti fide les hæc cogno ſcunt ueriſſi ma eſſe.*

Quod ſi cui permittitur uia præſumptionis proſpere ire & in operibus ſuis creſcere, ſine hac tentatione, quo ueniet? forte non ipſe in deſperationem, ſed deſperatio in ipſum: quia deum nō nouit, nec didicit in his conſilijs & operi bus ſuis mirabilem.

Iamuiderē

Digreſſus autor diſſerit.

*Sentẽtia Ciceroniana, non eſt chriſtiana.*

Iam uidere licet quid illa ſentẽtia ualeat Ciceroniana, quæ celebris
tia bene actæ uitæ, recordatio iucũdiſſima eſt; uerũ quidẽ, ſed ſimul
quo iucũdiſſima. nõ hoc Chriſtianus ſapiat, cui potius cõſciẽtia uitæ
ſæ (id eſt, ad nihilũ redactæ) iucũdiſſima eſt, ut qui gloriaẽ in dño glorie
Iob, q cũ dixiſſet, nec em̃ reprehẽdit me cor meũ in omni uita mea,
det gloriari, ſed timens iudicẽ ſuũ deprecaẽ. Nec Paulus, j. Cor. iiij. Nihil
cõſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum. Non Hiere. ix. Non glorie
in ſapiẽtia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & nõ glorieẽ
diuitijs ſuis, ſed in hoc gloriceẽ qui gloriaẽ, ſcire & noſſe me, quia ego
minus, qui facio miſericordiã & iudiciũ, & iuſtitiã in terra, hæc enim

*Non in dona dei, ſed i deũ confidendũ.*

mihi, ait dominus. Non ergo in dona dei quæcũq; (ne cũ eis fornicemur
in prophetis dicitur) ſed in ipſum deũ donatorẽ credendũ eſt, ſperandũ
dum. Hoc uoluit pſal. cxv. Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mẽdax
ceſſus iſte, tribulatio fuit, in qua homo eruditur, ꝙ uanus mendaxq; ſit
homo, qui non in ſolũ deũ ſperat: Homo enim, homo eſt, donec fiat deus
ſolus eſt uerax, cuius participatione & ipſe uerax efficitur, dum illi uera
ſpe adhæret, redactus hoc exceſſu in nihilũ, quo enim perueniat, qui ſperat

*Redeundũ nobis in nihilum noſtri.*

deum, niſi in ſui nihilum? Quo aũt abeat, qui abit in nihilum, niſi eo unde
nit, uenit aũt ex deo & ſuo nihilo, quare in deũ redit, qui redit in nihilũ. Non
enim extra manũ dei quoq; cadere poteſt, qui extra ſeipſum omnemq; crea
ram cadit, quam dei manus undiq; complectitur: Mundũ enim pugillo con
net, ut Iſaias dicit. Per mundum ergo rue, quo rues? utiq; in manũ & ſinũ dei.
ſic iuſtorum animæ in manu dei ſunt, quia extra mundum ſunt, uiſi oculis in
ſipientium perire, ſicut lapillus ſi per aerem aut aquã ruat, non etiam per terrã
ruet. Operoſi uero & ſpecioſi iuſtitiarij, qui ſuis opinionibus illuſi, id tantum
quærunt uniuerſis iuſtitijs ſuis, ut creſcant & pingues ac magni ſint, nullo mo
do uolentes nihil, ſed magnũ aliquid fieri, quo uenient? nempe in ſuũ nihil re
dacti, nec tamen in deũ perducti in æternum peribunt.

Scio uero ꝙ multa ex ſacra ſcriptura, ac patrum dictis, ſanctorumq; legendis
opponi his poſſint. Rurſum ſcio, ꝙ periculoſe intelligaẽ, ſi non ad hãc regu
lam intelligaẽ, cum omnia pro hac ſententia faciant. Vnum tamen profero,

*De ſctõ Hilarione.*

exẽpli gratia: Legimus, diuo Hieronymo autore, dixiſſe ſanctũ Hilarionẽ ad
animam ſuam, cum timeret mori: Egredere aĩa, quid times? nonaginta tribus
annis Chriſto ſeruiuiſti, & mori times? Hæc ſi ita intelligaẽ locutus, ꝙ in ope
ra uitæ ſuæ ſit confiſus, intelligetur potius in infernũ ꝙ in cœlũ iuiſſe. Cur non

*De ſctõ Agathone.*

illud ſancti Agathonis quoq; inſpicitur longe contrariũ? qui triduo in cœlum
oculis intentus timuit, & a diſcipulis interrogatus, cur timeret & non confide
ret in uitam ſuam bene actam. Reſpõdit: In ueritate timeo, ſcio quidẽ me ſer
uaſſe mãdata dei quantum potui, ſed alia ſunt iudicia dei, alia hominum. Sed
& ipſius Hilarionis timor idẽ arguit, ſi enim opera ſibi ſatis fuiſſent, nõ timu

*Anchora Hilarionis.*

iſſet, ideo aliam coactus eſt quærere anchoram fiduciæ ſuæ, & ex præteritis do
nis dei ſibi datis, dei miſericordiam ſibi præfigere. Non enim ſegniter ad ſpem
mouet, uel præteritorũ uel præſentiũ beneficiorũ dei memoria ſibi collatorũ,
immo radius eſt uultus dei & ſignũ bonũ ſuper nos, fidem & ſpem accẽdens:
ſic filij Iſrael iuſſi ſunt operũ dñi, & eductus ex Aegypto, memores eſſe, ut fre
nato eorum ore laude dei, non perirent, ut Iſaias dicit.

Nulla ergo

De ſpe & paſſionibus.

Nulla ergo ſunt merita? Cur tot præceptis Chriſti & Apoſtolorũ docemur bona operari, ſeminare, ædificare aurum, argentum, gemmas &c. Reſpondeo hoc eſt quod dixi, plurimos falli falſa operum bonorum intelligẽtia, uere enĩ bona opera ſunt facienda, & arbor ſpiritus ſuos fructus ferre debet: de quibus Gal. v. ſcribitur. Sed illud Chriſti non intelligitur Ioan. xij: Niſi granum frumenti in terrã cadens mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: Si autem mortuũ fuerit, fructum multum affert. Et Ioan. xvj. Omnem palmitem in me ferentẽ fructum purgabit, ut fructum plus afferat. Hæc enim mortificatio & purgatio (quæ fit infuſione fidei & ſpei & charitatis) facit, ut homo operibus ſuis exutus, diſcat in ſolum deum fidere, & opera bona facere, iam non ſibi, tanq̃ merita, quibus præmium quærat, ſed gratuito & libero, ſpontaneoq; affectu placendi deo, nihil in ea fidens, ſed per ea in gloriam dei ſeruiens: ſicut dicit Matth. v Luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant ueſtra bona opera, & glorificent patrem ueſtrum, qui eſt in cœlis. Qui iſto modo bona operantur, non ſibi, ſed deo tanq̃ inſtrumentum dei operantur, nihil in his ſibi arrogant, ſolo deo contenti, in quo ſperant, qui non ſic operantũ, ſimiæ ſunt ſanctorum uirorum, adeo neceſſe eſt ſuperſtitionem fieri ex omniũ ſanctorum uita, niſi patrẽ cœleſtem in his didicerint glorificare. Recte ergo dicit: Vniuerſæ uiæ domini miſericordia & ueritas, id eſt, tunc opera fieri bona, quando ipſe ſolus totus ac totaliter ea facit in nobis, ut operis nulla pars ad nos pertineat. Quare hic tibi ſit Canon, ubi ſcriptura præcipit bonum opus fieri, ſic intelligas ꝙ ꝓhibeat te facere bonum opus, cum id non poſſis: Sed ut ſabbatum deo ſanctifices, mortuus ſis ac ſepultus, ſinasq; deum in te operari. Ad hoc autem non peruenies unq̃, niſi per fidem, ſpem & charitatem, id eſt, per tui mortificationem & omnium operum tuorũ. Sunt itaq; merita, & nulla merita in nobis, ſunt, quia dona dei ſunt & opera ipſius ſolius, nulla ſunt, quia non plus de illis poſſumus præſumere, q̃ ullus nouiſſimus peccator, in quo nondum aliud operatur deus. Ita ſumus, fuimus, manemus omnes coram deo æquales ſemper, ut pereat inflatura unius aduerſus alterum: iuxta illud Pauli .j. ad Cor. iiij. Quid habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi nõ acceperis? Nota uerbum, qui inflatur & gloriatur donis dei, idem facit, ac ſi dicat, ſe non accepiſſe, ubi ergo reliqua eſt inæqualitas? Nuſq;: ſicut ibidẽ dicit: Quis te diſcernit? id eſt, quis te meliorem alijs declarauit? q.d. nullus.

*Vere bona opera ſunt faciẽda affectu placẽdi deo, nõ tanquã nobis meritoria*

*Solus deus & totus & totaliter bona noſtra opera facit.*

*Canon præcepti de bono opere.*

*Merita ſunt & non ſunt.*

*Oẽs corã deo æquales.*

Ex his omnibus perpende diuini iudicij æquitatem æquiſſimam, & q̃ uniuerſam laruam & perſonam operũ uitæq; contemptam uelit, ꝙ in oculis eius idem ſit iuſtus & iniuſtus, quantum ad opera pertinet, dum utrinq; omnibus hominibus in hac uita uiuentibus eam ſtatuit legem, qua cognoſcimus, ꝙ q̃ nullam habent iuſti cauſam præſumẽdi, tam nullam habẽt peccatores deſperandi, utriq; uero eandem legẽ in eum ſperandi, quæ ſola diſcernit inter deſperantes & præſumẽtes: ut recte cantet pſal. cxviij. Cognoui domine, quia æquitas iudicia tua, & in ueritate tua humiliaſti me. Ecce in ueritate dei ille nihil fit, & iuſto æquoq; dei iudicio nouiſſimus omnium factus eſt. Hoc etiã uult lex fidei & ſpei, id eſt nos omnes facere primos peccatorum & nouiſſimos, id eſt, æquales, & tamen inæqualiſſima per nos ac diuerſiſſima operari. uere mirabilis deus in ſanctis ſuis. Omnes ergo mandato dei ad ſpem in eum urgemur, eodemq; a deſperatione & præſumptione deterremur, & eſt iam deus uere omnia in omnibus æquus ac idem, ſimul tamen inæqualiſſimus & diuerſiſſi-

*Diuini iudicij æquiſſima æquitas.*

*Omnibus omnia deus.*

mus. Ipſe eſt enī in multitudine ſimplex, in ſimplicitate multiplex, in inæqua
litate æqualis, in æqualitate inæqualis, in ſublimitate infimus, in excelſis pro
*Deus oia in oibus.* fundus, in intimis extremus, & ediuerſo: Sic in infimis potens, in potentibus
infirmus, in ſtultis ſapiens, in ſapientibus ſtultus, breuiter omnia in omnibus.
Sed hæc dicta uolo, extra pias aures eorum, qui ueritate offenduntur, quãdo
is infelicibus quæſtionibus nunq̃ didicerunt.

Dicet adhuc puſillanimis & infirma conſcientia: quid ſi non poſſim ſpera
re, atq; ita ſentiam meam inuincibilem deſperationem? Dicemus & nos, ne
*Spei tentatio, eſt deſperare bonorū.* ſic deſperandum, etiam ſi te deſperare ſentias. Non eſt deſperatio, quæ non
uult doletq; ſe deſperare, ſed eſt ſpei tentatio, omnium tentationum ſine om
ni dubio grauiſſima, q mox & ſimul ſecum inuoluat ſummum & æternum
odium dei, blaſphemias, maledicta & omnia inferni mala (quæ non liceat lo
*Conſiliū optimū puſillanimis.* qui) in ſummã, benedictam, & glorioſam maieſtatem. Quid ergo facies? hoc
ſcilicet primum agnoſcas id te meruiſſe, & hoc peccatis tuis debitum: ubi pro
dens ſis oportet, gratuſq; ac laudans, hanc infirmitatem & tentationem feras,
tanq̃ ſaluberrimam ſatis factionem pro peccatis tuis: iuxta illud Eccle. x. Si
ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, ne dimittas locum tuum, quia
curatio faciet ceſſare peccata maxima: id ſolum cures, ut odio, blaſphemijs, de
ſperationi, quantum potes, non concedas, ſed uel unico extremo gemitu re
*Nota uerū & altū.* murmures: ac iuxta Iſaiam ſcias, q lignum fumigans ille non extinguet, nec
calamum quaſſatum confringet. Dicam unum temere & libere: Nõ ſunt deo
propiores ulli in hac uita, q̃ hi oſores & blaſphematores dei, ſed nec gratio
res nec amiciores filij. Atq; hic in uno momento plus ſatis fit pro peccato, q̃
ſi multos annos pœniteas in aqua & pane. Ita uerum eſt, in morte (ubi hæc
tentatio uiget) poſſe Chriſtianum breui momento, omnia peccata ſoluere &
euolare, ſi prudenter agat in eo negotio. hic regnat gemitus ille inenarrabi
lis. Ro. viij.

*Pro ſpe omni uita orandū* Secundo id agas tota uita, ut pro ſpe ores, ſic tamẽ ut non recuſes dei uolun
tatem in hac infirmitate tua ferre uſq; ad mortem, dicẽs cum principe ac domi
no tuo: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Sic autem orabis, ut nõ dubites
futuram tibi ſpem a deo dandam. Nam qui te orare uoluit, immo qui te doce
re orationẽ hãc ſine tuo ſtudio uoluit, ideo uoluit, quia exaudire te propoſuit.
Itaq; dilatam patienter feras, dandam uero non diffidas, ſuo tempore ueniens
ueniet, & non tardabit, interim contra ſpem in ſpem ſperandum eſt. Habebis
uero ad hoc uirgam & baculum dei, qui te ſuſtẽtet & cõſoletur, nempe ipſum
*Deū habere quid ſit.* præceptum dei primum & maximum omnium: Nõ habebis deos alienos præ
ter me. in quo, credere & ſperare & diligere deum, non monemur, hortamur,
allicimur tantum, ſed ſub omniũ maxima pœna & culpa iubemur (hoc enim
eſt deum habere). Hoc autẽ præcepto, nullis peccatis ſolueris, quin omnibus
præponderat peccatis. præſertim cum eo tempore, huius præcepti ſeruandi &
implendi aſſit occaſio: neq; enim ſi omnium aliorum præceptorum peccata fe
ciſſes, idq; multis modis, tantum peccaſti, quantum ſi hoc momẽto contra pri
*Deſperatio maximū peccatum.* mum hoc præceptum deſperes. Nam hoc eſſet iam deum directe negare, quod
horrendum eſt cogitare. Quis enim deo ſuo in faciem dicit: Tu non es deus?
immo quis audire poteſt? & tamen deſperãs hoc dicit ardentiſſimo & æterno
affectu. Videt̃ ſibi idem dicere tentatus, immo non nihil idem dicit: uel quod
uerius eſt, patitur id in ſe dici a diabolo.

Sed quid

## De ſpe & paſſionibus.

*Tentatio de deſperatiōe,*

Sed quid, inquies, ſi me de prædeſtinatione uexet, & inquietet, ꝙ fruſtra ſperem, ſi non ſum prædeſtinatus. De hoc pſal. xx. latius Chriſto propitio, interim hoc ſatis eſt: Hāc eſſe periculoſiſſimā tentationē, quā qua cauſa moueat diabolus uel ſapiētia carnis, ubi ſenſeris, ſimul ſcies quo remedio occurras. Primum itaq; firmus eſto, ac certiſſimus, hanc cogitationem non eſſe ex deo, ideo omni ſtudio expellendā, tanq̃ rem, quæ deo tuo diſpliceat multis modis. Non eſſe aūt ex deo cognoſces hoc ſigno: ꝙ quicquid ex deo eſt, ad mandata & faciendam ſuam uoluntatem mouet: Neq; enim aliud facit, cogitat, uult deus, q̃ ut ſua uoluntas fiat. At curioſam iſtam de tui prædeſtinatione ſollicitudinem, adeo non præcepit tibi, ut eā prohibuerit quoq;, pſal. xxxvj. Iacta ſuper dominum curam tuam. Et Mat. vj. Nolite ſolliciti eſſe, quærite primum regnum dei. Nec diabolus ulla cauſa hac inutili cura & noxia te occupat, q̃ ut interim obliuiſcaris præcepti dei tui, quo iuberis ſperare & credere, ſimulq; ſubdole tetrahat in affectum & amorem tui ipſius, ut incipias quærere quæ tua ſunt. Hæc em̄ eſt ultima & ſumma eius machina, qua nos amore noſtri ſollicitos reddat, ac ſic in dei præceptum reos ſtatuat. Quid autem prodeſt ſi uſq; in finem mundi hac cogitatione occupareris? nihil inde ſequereē, nō ideo certus fieres, aut aliud de te deus cogitaret. Quare cōtra hunc laborem ſtultorum, & in faciem diaboli hæc ſuggerentis, fulmina ſcripturæ torqueas: Primum illud pſal. j. In lege domini (non in prædeſtinatione ſui) meditabitur die ac nocte. Et illud Eccle. vj. Cogitatum tuum habe in præceptis dei, & i mādatis eius aſſiduus eſto. Exodi. xiij. Erit quaſi ſignū in manu tua, & quaſi appenſum quid ante oculos tuos. Et Matt. vj. Nō omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnū cœlorum: Sed qui facit uolūtatem patris mei &c, & multa ſimilia. Neq; enim aliud deus requirit, q̃ uolūtatem ſuam nobis eſſe aſſidua ſollicitudine commendatam. Quod ubi fecerimus, prædeſtinatio ſua ſponte implebitur ſine noſtra cura. Ille uero peruerſor, primo uult te de te ſollicitū eſſe, & poſtremo de dei præceptis, ut ſic te præferas deo tuo, nec ſuper omnia eum diligas, immo nec deum habeas: Nam ſi illi uix perſeuerant, qui mandatis dei intentiſſime inhærēt, ubi apparebūt, qui eis deſertis, miſceri ſe permittunt extraneis & uanis cogitationibus? Ita diabolo, uel cordi tuo dicas: Non hoc præcepit deus, ſed ſperare me iuſſit, huic intendā ſoli negotio, illud ſi uellem non poſſem.

*Remedium primum.*

*Nota bene.*

*Machina ſumma diaboli cōtra nos.*

*Quid deus a nobis requirat.*

Secundo, non eſſe ex deo, etiam hoc indicio facile intelliges ꝙ his machinis duo maxima mala tibi intētat; Primum, ut tentes deum, quod Chriſto in pinnaculo templi quoque intentauit. Conatur enim hoc te negocio occupare, ut optes certus eſſe de tua prædeſtinatione, aut ſignum uidere de cœlo. Quid enim eſt anxium de prædeſtinatione eſſe, aliud, q̃ impatientem eſſe de incertitudine diuini conſilij? Quid autē impatiētia illa aliud facit, q̃ ꝙ tentat deum? dum illius cōſilium certum ſibi eſſe optat? Breuiter odit deum eſſe deum, quia nō alia uult illum ſcire q̃ ipſe ſcit. Itaq; huic terribili peccato occurras uerbo dei, ſicut Chriſtus fecit, dicēs: Scriptum eſt, nō tentabis dominum deū tuum: debes enim uelle neſcire eius ſecreta, quæ uoluit te neſcire, atque gaudere in hac eius uoluntate, quam præcepit tibi obſeruare in omnibus. Amata autem hac occulti eius conſilij uoluntate, iam prædeſtinatus es, ita ſemper ex præceptis ſeruatis ſua ſponte ſequuntur, ſine omni cura noſtra, quæ peruerſo ſtudio ante præcepta tam anxie & fruſtra quærimus, & tamen non inuenimus unq̃,

*Tentatio chriſti.*

*Notabile.*

Digreſſus autor, diſſerit

quia præceptum dei, uia eſt ad deũ, qua amiſſa, aliam dum quærimus, tentatore
diabolo per curã nr̃æ ſalutis & prædeſtinationis, neceſſario erramus, & utranq;
amittimus: tam uiam dei ꝙ noſtrã, ac per hoc & prædeſtinationẽ & ſalutẽ.

*Aequalitas dei affectata.*

Alterum maximum malum, quod te in idem præcipitiũ tollere nititur, quo
ipſe cecidit, & Adam deiecit. Quid enim aliud molitur iſta cura prædeſtinatio
nis tuæ, ꝙ ut optes ſcire (ut diximus) cõſilium dei? At uelle ſcire cõſiliũ dei, eſt
fieri uelle æqualem deo, ſicut ipſe uoluit quando dixit: Aſcendã in cœlũ, ſimi
lis ero altiſſimo. & ad Adam: Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malũ. Atq; hoc
iterum eſt, nolle deum eſſe deum tuum, quod eſt ſummum omnium peccato
rum. atq; ita uides ꝙ aſtute his monſtris te contra mandata dei tui ſollicitet, ut
eo quo ipſe cecidit caſu, cadas. Quare & hic fulminandus eſt uerbo dei dicen
tis, Prouer. xxv. Sicut qui comedit mel multum, nõ eſt ei bonum: Sic qui ſcru
tator eſt maieſtatis, opprimetur a gloria. Et Eccleſi. xxx. Altiora te ne quæſi
eris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi deus, illa cogita
ſemper, & in pluribus eius operibus, ne fueris curioſus: Non eſt em̃ neceſſariũ
tibi ea quæ abſcõdita ſunt, uidere oculis tuis. In ſuperuacaneis rebus noli ſcru
tari multipliciter, & in pluribus eius operibus, nõ eris curioſus. Plurima enim
ſupra ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi, multos enim ſupplantauit ſuſpitio
illorum, & in uanitate detinuit ſenſus eorum.

*In curioſos inquiſitores diuinæ prædeſtinationis.*

Quando ergo his præceptis dei prohibetur cura iſta curioſa operum dei,
quæ nobis oſtenſa ſunt eſſe ſupra captum & ſenſum noſtrũ, & incomprehen
ſibilia iudicia eius, cũ timore in præceptis dei potius occupari debemus, ut in
eum ſperemus cum fiducia, & hæc ſtudia impoſſibilia, diabolo in caput ſuum
uertere, & cũ Ioab. ij. Reg. xj. fidẽter in opus dei accincti dicere: Eſto uir fortis
& pugnemus, dominus autem quod bonũ eſt in conſpectu ſuo faciat. O pul
chrum exemplum: Si hic prius diſputaſſet, an eſſet uictoria prædeſtinata apud
deum, non pugnaſſet, immo diſputando negligens factus & aliena operatus,
uictus turpiter fuiſſet.

Ac uide hic impijſſimam impietatem, ſtultiſſimã ſtultitiam peruerſiſſimam
peruerſitatem noſtrã: ducimus uxores, ædificamus domus, plantamus uineas,
emimus ſubſtãtias, & nemo hic prius diſputat prædeſtinatũ ſit, nec ne, uxorẽ
fore caſtam, uel adulteram, domũ arſuram, uel manſuram, ſubſtantiam peritu
ram, uel duraturã, breuiter, omnia noſtra opera, maxime peccata, cum fiducia
incipimus, perficimuſq;, nihil ſolliciti, quid de ijs deus prædeſtinarit, ſatis hic
tutum eſt a noſtra temeritate altiſſimũ eius conſilium, nemo hic non prius co
gitat, ſollicitus eſt, æſtuat, quõ faciat quod ꝑpoſuit, ꝙ diſquirat ac diſputet de
prædeſtinatione. Quare hoc? quia nõ ſunt a deo præcepta, noſtra ſcilicet ſunt,
a nobis electa. At ubi ad opera dei, & præcepta eius uenitur, hic ſtatim quæſtio
naſcitur, hic conſiliũ dei tẽtatur, deniq; hic demum diſputamus, an dei præce
ptis debeamus obedire, anteq̃ eius ſecreta nouerimus. An hoc non eſt diuinã
maieſtatem amariſſima peruerſitate exacerbare? ꝙ in noſtris tam ſumus patiẽ
tes & obliuioſi ſuorũ conſiliorum, & in ſuis, tam impatientes & curioſi? Non
ne æque folium arboris, nõ cadit in terram, ſine eius uoluntate, atq; anima tua
ſalua fiet ſine eius conſilio? Nec unus capillus tibi creſcit, ſine eius cõſilio, nec
panem comedis, nec potum bibis? Hic non diſputas, nihil cunctaris, nihil tre
pidas, nihil moraris eius conſilium, quin ruas in opus? illic uero totus es quæ
ſtio & cunctatio.

Vel nunc

De ſpe & paſſionibus.

Vel nunc ergo intellige, non ex deo, ſed ex diabolo & quidem tunc offenſiſſimo & aſtutiſſimo has cogitationes tibi ueniſſe: ut ſuperuacaneis rebus te a præcepto & ſuauiſſima uoluntate optimi dei tui diſtrahat. Recte & aptiſſime in hos dicit Eccleſ. xj. Qui obſeruat uentum non ſeminat, & qui conſyderat nubes nunq̃ metet. Quomodo ignoras quæ ſit uia ſpiritus (id eſt, uenti) & qua ratione oſſa compingantur in uentre prægnantis, ſic neſcis opera dei, qui fabricator eſt omnium. Quid ergo? nihil faciendum, quia ille omnia fabricat, & nos ea neſcimus? Abſit, ſequitur enim, mane ſemina ſemen tuum, & ueſpere ne ceſſet manus tua, quia neſcis, quid magis oriatur, hoc, aut illud (id eſt, matutinum uel ueſpertinum) & ſi utrunq; ſimul, melius erit. Vides q̃ omnia nos doceat neſcire & tamen non ideo ceſſare, immo eo magis operari iubet, quo neſcimus, quid futurum ſit; cum illi peruerſi, ideo nolint agere, quia neſciant quid futurum ſit. Hoc enim quærit diabolus, ut non operentur in uita, nec in pace & ſpe obdormiãt in morte, ſintq; utroq; tempore deo ꝓpter deum rebelles & inobedientes, ſic tamen, ut culpa ſit non ipſorum, ſed ipſius dei, ut qui non prius conſilia ſua reuelãdo euacuauerit & diuinitatis ſuæ glorioſam maieſtatem, euacuatis conſilijs, nullam fecerit, q̃ illos præcepto ſuo moleſtauerit. Si quidem, ſanctiſſimi homines, tunc omnia libenter eſſent facturi, quæ præcipiuntur, ſi primũ ſcirent quid de eis deus cogitarit, hoc eſt, ſi nullus deus & præceptor eis fuerit, nec enim deus eſſe poteſt, ſi non aliud eſt, ſapit, nouit q̃ nos ſumus. Sed uide iterum, ſi nobis deus ſua conſilia reuelaret, primum, trepidi fieremus, deinde contemptores aut deſperantes ſicut & modo ſunt, qui putent noxium eſſe, prædicari gratiam & prædeſtinationem, quod hinc multi offendantur. Adeo quicquid deus uult & facit, homo puluis temerat, unum hoc æſtuans, ut ſit ſine timore dei, hoc eſt, ſine deo, neq; enim timeri poſſet, ſi non ſecreta de nobis cogitaret, nec tunc fides, nec ſpes, nec charitas locum haberet. Væ tibi furentiſſima impietas.

*Neſcire, ſed nõ ceſsare docetur.*

*Peruerſitas pſeudo ſanctorum.*

*Alia ratio.*

Ad ſpem reuertamur, ut prolixitati aliquãdo finem faciamus: Duo ſunt in ſpe obſeruanda: merita noſtra, & promiſſio diuina. Inter hæc duo, ſic conſtituas ſpem, ut ex promiſſione ſpem pendere ſcias, & ex ſpe merita prouenire, ut merita ſint opus ſpei, ſpes uero opus uerbi, ſeu promiſſionis. Quare ut ſperes non eſt neceſſarium merita habere, ſed potius ut puriſſima ſimplicitate in uerbum ꝓmiſſionis gratuitæ ſpectes, in quod ſperando poſſis tunc merita producere, non ſecus atque Apoſtolus Paulus, qui ad Galatas fere aliud nõ facit, q̃ ꝙ iuſticiam noſtram non ex lege, nec operibus, ſed ex promiſſione benedicentis dei, fluxiſſe probat. Hæc enim dei miſericordia gratuito promittens, & ueritas promiſſionem adimplens, cauſæ ſunt ſpei, his animus prouocatur ad ſperandum, inuocãdum, beneq; uiuendum, quæ niſi eſſent & nobis reuelata fuiſſent, nec fidei, nec ſpei locus eſſet. Quare obiectum fidei & ſpei eſt deus promiſſor gratuitus, ſeu ipſum uerbum promittentis, atque aliud nihil. Quod niſi ubique & ſemper obſeruetur, ſpes quoq; ſimul ruat neceſſe eſt, non aliter q̃ domus ruit, quæ ſuper arenam fundata eſt, ubi flumina & uenti irruerint. Super hanc enim ꝓmiſſionis & infallibilis uerbi petram ædificata eſt Eccleſia Chriſti, ſicut Prouerb. xviij. Turris fortitudinis nomen domini, ad ipſam curtit iuſtus & exaltabitur. Vt & pſal. lx. Factus eſt ſpes mea, turris fortitudinis a facie inimici. Nihil hic de meritis, ſed de deo ipſo, de nomine eius tantũ eſt memoria, in quibus ſpem collocet.

*Duo obſeruanda in ſpe noſtra.*

*Cauſæ ſpei.*

Digreſſus autor diſſerit.

*Ex ſpe merita, nõ ſpes ex meritis.*

Sequitur ergo ſpem ex meritis non prouenire, ſed contra ex ſpe merita, ...
ſpem ex ſpe in ſpem, ut ſit ante merita, cum meritis, poſt merita. Sicut in hac
uita non apprehendimus iuſticiam, ſed ad eam nos extendimus, ſemper quæ
rimus, ſemp̃ iuſtificari petimus, ſemp̃ dimitti peccata, ſemper fieri uolũtatem
patris noſtri q̃ in cœlis eſt, ſemp̃ ſanctificari nomen eius. Atq; hoc ipſo tamen
iuſti a deo reputamur, ſicut dicit: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam. Ita &
ſpes ſemp̃ ex ſeipſa augeri recte intelligetur, operãtibus eam tribulationibus,
modo ſic feramur, ut probati inueniamur.

*Quid fides, ſpes, charitas*

Ex quibus hoc ſequi uidetur, ꝙ cæteræ uirtutes forte poterunt agendo per
fici: Fides uero, ſpes & charitas, non niſi patiendo, patiendo inq; intus opera
tionem diuinã. Quia cæterarum opera, ſunt fructus fidei, ſpei, charitatis, quasi
uideas incarnatam fidem, incarnatam ſpem, incarnatam charitatem, atq; om
nino, in craſſis tantum operibus exercentur. Atque hic ſponſa Chriſti rurſum
inquinat pedes, quos lauiſſe ſe iactat, & induit tunicã, qua ſe ſpoliaſſe gloriatur,
cum ſine uitio non poſſint fieri, quæ per uiciatam carnem fiunt. At fidei, ſpei,
charitatis opus uidetur idem eſſe. Quid enim eſt fides, niſi motus ille cordis,

*Phantaſmata humana.*

qui credere, ſpes motus qui ſperare, charitas motus qui diligere uocatur? Nam
phantaſmata illa puto humana eſſe, quod aliud ſit habitus, & aliud actus eius:
Præſertim in his diuinis uirtutibus, in q̃bus non eſt niſi paſſio, raptus, motus,
quo mouetur, formatur, purgatur, imp̃gnatur anima uerbo dei, ut ſit omnino
negotium harum uirtutum, aliud nihil q̃ purgatio palmitis (ut Chriſtus dicit)

*Palmitis purgatio.*

quo fructum purgatus plus afferat. Deniq; cæteræ uirtutes uerſantur circa res
craſſas & corporales externas: Illæ uero circa purum uerbum dei internæ quo
capitur, & non capit anima, hoc eſt, exuit tunica & calciamentis ſuis ab omni
bus tam rebus q̃ phantaſmatibus, rapiturq; per uerbum (cui adhæret, immo
quod eam apprehendit & ducit mirabiliter) in ſolitudinem (ut Oſeæ, ij. dicit)

*Mors animæ ſanctæ.*

In inuiſibilia, in cubiculum ſuũ, in cellam uinariam. At hic ductus, hic raptus,
hæc expoſitio miſere eã diſcrutiat. Arduum eſt enĩ & anguſta uia, relinquere
omnia uiſibilia, exui omnibus ſenſibus, educi ex cõſuetis, deniq; hoc mori eſt,
& ad inferos deſcẽdere. Videtur enim ipſa ſibi funditus perire, dum ſubtracta
omnibus, in quibus ſtetit, uerſabatur, hærebat, nec terram tangit, nec cœlum,
nec ſe ſentit, nec deum, dicẽs: Nunciate dilecto meo, quia amore langueo. q.d.
Redacta ſum in nihilum, & neſciui, in tenebras & caliginẽ ingreſſa, nihil ui
deo, fide, ſpe, & charitate ſola uiuo & infirmor (id eſt, patior) cum enim infir
mor, tunc fortior ſum. Hũc ductum Theologi myſtici uocant, in tenebras ire,
aſcendere ſuper ens, & nõ ens, uerum neſcio an ſeipſos intelligãt, ſi id actibus
elicitis tribuũt & nõ potius crucis, mortis, inferniq; paſſiões ſignificari credũt.

*Crux ſola noſtra Theologia.*

CRVX ſola eſt noſtra Theologia.

Ex his intelligi puto uerbum Apoſtoli, quo modo ſpes ſit opus probatæ per
tribulationes patientiæ, quod his omnibus homo uelut excolitur, expolitur,
excluditur, ſicut uas manu artificis, ut longe emineat ultra uiſibilia & com
prehenſibilia, nõ in merita, ſed in ſolum deum confidere doctus. Sicut uas au
reum, igne & malleis in uſum honorificum domini ſui paratum, non autem
in ſuum uel colorẽ uel quodcunq; opus naturæ ſuæ (quæ eſt aurum) nõ enim,
ut aurum, ſed ut uas uſum hunc habet, nec ut fieret aurum, expolitum eſt, ſed
ut uas in uſum fieret, paratum eſt: Ita homo per ſpem ad ſolius dei uſum para
tur, non autem opera ipſa, ſpem parant, hoc enim eſſet prius ex poſteriore fa
cere.

tem. Quare ſatis placet tropus ſcripturæ, qui hanc purgationem & ſpei opera
nionem, uerbo exitus deſignat, Prouerb. xxv. Aufer rubiginem de argento &
egredietur uas puriſſimum. Aufer impietatem de uultu regis & ſtabilietur iu
ſtitia thronus eius, & uitulus ille aureus Exo. xxxij. dicit eodē tropo egreſſus,
id eſt, paratus. Inde illud: Dominus cuſtodiat introitum tuū, & exitum tuum,
id eſt, initium & finem tentationis, ut ſanctus Aug. tractat.

Error eſt itaq; liberum arbitrium habere actiuitatem in bono opere, quādo *Liberum arbitrium.*
de interno opere loquimur: Velle enim illud, quod credere, ſperare, diligere iam
diximus, eſt motus, raptus, ductus uerbi dei & quædam continua purgatio &
renouatio mentis & ſenſus de die in diem, in agnitionem dei, licet non ſemper
æque intenſa ſit illa paſſio, tamen ſemper eſt paſſio. Ecce (inquit Hiere. xviij.)
Sicut lutum in manu figuli, ita uos domus Iſrael in manu mea. Quid obſecro
actiuitatis habet lutum, quādo figulus formam ei affingit? Nōne mera paſſio *Luti mera paſſio in manu figuli.*
ibi cernitur? qua tamen ꝓficit de ſua deformitate, in formam ſimilem artificis
Ideæ. Ita per ſpem, tribulatione operante, naſcentem, diuinæ imagini cōforma
mur, & creamur ad imaginem (iuxta Paulum) eius qui fecit nos. Volūtas uero
incarnata, ſeu, in opus externum effuſa, recte poteſt dici cooperari & actiuita
tem habere, ſicut gladius in ſuo motu prorſus nihil agit, mere autem patitur:
At in uulnere facto, cooperatus eſt per motum ſuū, ſecanti per ipſum. Quare
ſicut gladius ad ſui motum nihil operatur, ita nec uoluntas ad ſuum uelle, qui
eſt diuini uerbi motus, mera paſſio uolūtatis quæ tum cooperatur ad opus ma
nuum, orando, ambulando, laborando, &c.

Iam uero plusq; ſatis digreſſi, aliquādo ad pſalmum redeamus. Lætabuntur *Redit unde digreſſus fuit.*
omnes qui ſperant in te. Primum, uerborum uim, deinde ꝓphetæ occaſionem
ſic loquentis uideamus. Soli ſperātes lætabuntur. Qui autē ſint ſperantes iam
ſatis diximus. Et in te, non in ſua, non in ullam creaturam, ſi quidem ſunt qui
confidant etiam in homine.

Illud uidendum, עלם olam uſitatiſſimum in ſcripturis, quod, inæternum, *Seculum in ſcripturis.*
ſemper, in ſeculum ſeculi, & ſi quod aliud trāsfertur, Hebræis ſignificat, tropo
linguæ ꝓprio, tempus incertæ & indifinitæ durationis, non aūt, ubiq; ſaltem,
æternitatem. Vnde in lege Moſi ſæpius dicit̄, legitimum ſempiternum, in ge
nerationibus ueſtris, cū tamen aliquādo finienda eſſent omnia illorum, quod
mihi latine non inepte dici uidetur, ſemper, perenniter, perpetuo. Almanice,
ymer dar/ uel/ ymer vnd ymer. Sic enim uernacula noſtra dicimus. quod
pſal. c. iij. ſcribitur: Non in perpetuum iraſcet̄, neq; inæternum cōminabitur,
wyrt nit biß ans end zürnen/ auch nit ymer dar drewen.

Quid mouit autem Prophetam, ut hos affectus tam copioſe commendaret?
Impiorum ſcilicet cōuerſatio, quos uidit in bonis ducere dies ſuos (ut Iob ait)
ac ſic uiuere, quaſi eorum ſit ꝓprium lætari, exultare, gloriari: Quod tā fallax
& efficax eſt ſcandalum, ut multi Prophetæ ſe in hoc tentatos & atra quadam
nemeſi commotos querulentur: ſicut enim ſpecie operum & meritorum tem
poralium offendicula ſunt, ita & ſpecie præmiorum tēporalium. Vnde de eis
pſalmus. lxxxij. Quam bonus deus Iſrael his, qui recto ſunt corde: mei autem
pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſuper iniquos,
pacem impiorum uidēs, quoniā non eſt reſpectus morti eorum, & firmamen
tum in plaga eorum, in laboribus hominum nō ſunt, & cum hominibus non
flagellabuntur, ideo tenuit eos ſuperbia &c.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et Hiere. xij. Quare uia impiorum ꝓſperatur, bene eſt omnibus qui præua
ricant & inique agunt? Et pſal. cxliij. Nō eſt ruina maceriæ, neq; trāſitus &c.
Beatum populum dixerunt cui hæc ſunt. Latius autem Iob. xxj. Quare ergo
impij uiuunt, ſubleuati ſunt, cōfortatiq; diuitijs &c.

*De ueris gaudijs.*

Contra has laruas, ſpecies, ſcandala, Propheta ſeuocat pios homines, ut con
temptis illorum gaudijs, ad uerum gaudium ſe conuertant, quod eſt in deo.
Quare per totū, geminam quādam antitheſin, oportet obſeruare in hoc uerſu
in hunc modum. Triſtes uidemur illis ꝙ rebus ſubtractis patimur, in quibus
illi nixi lætantur (utrunq; horum ad ſenſum expoſitum fortiter ſcandaliſat,
fallitq; plurimos) At intus ubi nos uiuimus in ſpe, & illi mortui ſunt, lætamur
lætabimurq;: Illi uero nec lætantur, nec lætabuntur. Noſtrum uero gaudium
adeo uerum & ſolidum eſt, ut de ipſo ſolo dici merito debeat: lætabuntur, cum
illorum lætitia magis triſtitia ſit, ſi interna uideas. Ita in totum damnat impio
rum gaudium, & gaudium piorum commēdat, quod quia ſine ſpecie eſt, illud
uero magna ſpecie, fide opus eſt, uerba ſpiritus loqtur in ſpiritu poſitus, alio
quin & nō intelliges, & illorum ſcādalo offenderis. Non enim poteſt carnalis
homo ſapere, quæ dei ſunt, id eſt, gaudiū eſſe in ſubtractione oīum bonorum,
etiam ſpiritualium, cum gaudium eſſe neſciat, niſi in re præſente & ſenſibiliter
poſſeſſa. Nos autem oportet gloriari in cruce dn̄i noſtri.

*Sancta æmulatio ſanctorum in malos.*

Cum autē Hebræi optaui loco, quem nō habent, futuro indicatiui utantur,
& ex dictis cognouimus oēs huius pſalmi affectus miro ardere zelo, ſanū eſt,
& hunc uerſum quadā indignationis ſanctæ æmulatione dictum intelligere,
ac tale quippiam ſonare: Quid inſaniunt impij illi? quid ludunt animas homi
num peſſima ſpecie? Obſecro domine, damna eos, & gaudium eorum, expel
le eos, reuela eorum hypocriſin, decidant a ſuis laruis, ut lætentur ſolum ij, qui
ſperant in te, ut notum fiat & ſciant omnes non eſſe uſpiam gaudium, niſi in
multitudine miſericordiæ tuæ, uror dn̄e nimis, ꝙ nō perſuadere poſſum, ꝙ nō
audiunt: tu ergo iudica illos, & oſtende eorū uanitatem, ac noſtram ueritatem.

*Inexperti rident.*

Atq; ita habemus, ubi, & quid ſit uerum gaudium, nempe fiducia & ſecura cō
ſcientia in diuinam miſericordiam. Hoc enim experti quoq; dicunt, non eſſe
gaudium ſuper conſcientiam puram, nec maiorem triſtitiam, ꝙ perturbatam
conſcientiā: ſicut dicit Sapiēs: Secura mēs quaſi iuge cōuiuium. Et pſal. xxxv.
Quoniā miſericordia tua, ante oculos meos eſt, & complacui in ueritate tua,
Neq; enim aliunde, ꝙ intuitu miſericordiæ dei, conſciētia læta & pura uenit.
ut pſal. iiij. dictum eſt. Lumē uultus tui domine ſuper nos, dediſti lætitiam in
corde meo. Gaudium uero illorum quid? frumenti, uini, olei copia, id eſt, por
corum gaudium in corporis ſaturitate.

Inæternum exultabunt. Hoc uerbū Hieronymus laudabunt tranſtulit, non
male, uolūt enim eo ſignificari lætitiam uocalem, ſiue cantādo, ſiue loquēdo:
ſicut gaudentes ſolemus iucunde loqui, aut etiam cātare, garrire, laudare, iacta
re eum in quo gaudemus, pſal. l. Exultabit lingua mea iuſticiam tuam (id eſt,
cum gaudio prædicabit.) Siue ergo, inæternum ꝑtinet ad uerbum lætabunt,
ſiue exultabūt, perſtat in æmulatione & cōtentione, ꝓpheta, ac ſi dicat: Garriāt
illi in ſuis rebus, iactēt ſe & ſua, cantent ſeipſos, nō modo nō uere exultant aut
lætant, ſed nec inæternum. Gaudiū (ut Iob ait) hypocritæ inſtar pūcti. & xxj.
Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto, ad inferna deſcendunt. Adeo incerta
& inſtabilis eſt iactātia eorū: ſed nec perpetua, ut quæ multis triſtibus caſibus
interturbet. Atq; ut bene cedāt omnia, tamen extrema gaudij luctus occupat

& maniſe-

& manifeſta erit eorū inſipiētia, ſicut Iamris & Mamris. Quid ergo miſeri ſeſe fallunt & perdunt? At ſperantes in te, lætabuntur & exultabunt perpetuo, nec mittetur eis ullus extraneus (ut Sapiens dicit).

*Signa gratiæ præſentis.*

Hic uidemus fructus ex quibus poſſumus ſcire an ſimus (ut uocant) in gratia. Fructus ſpiritus gaudiū, Gal. v. Nec eſt quod dicam⁹ nos hoc neſcire: Si inæternum & ſtabile ſit gaudium, & laus dei perſeuerans, etiā in paſſionibus, fallax ſignū non pōt eſſe: Ex fructibus em̄ cognoſcetis eos. Crux ꝓbatoīa. Quare ſi cum pſal. xvij. dicere potes: Laudās inuocabo dn̄m, & ſaluus ero, uere ſaluus eris. Hic enim crucem, quia impiorū gaudiū non ſuſtinet: deo, inæternū & ſtabiliter non gaudent. Alius fructus qui ſequit᷑, eſt garrire, libenter loqui, iucunde prædicare, audire uerbum Chriſti, exultare iuſtitiā eius, cātare miſericordiam eius, deteſtari uero fabulas impias, detractiones, obſcenitates, & ſimiles feces mūdi. An hæc non poſſumus ſentire? præſertim ſi tentati, ꝓhibiti, paſſi fuerimus propter hæc, uel inuidiā, opprobria, terrores, aut quæcunq; mala. Nam nec hoc, tum erit fallax ſignū Chriſti in te uiuentis, ſi perſeueres laudās, exultans, iactans gratiam dei, cōtra ſuperbiam hominum.

*Fortiter propugnāda ueritas cōtra magnates ecclīæ*

Non ergo fruſtra inæternū, cum uerbo exultabūt compoſuit, ꝙ gaudiū ſpiritus foras erumpens, ſuſcitet ſibi aduerſarios ueritatis, ſicut in Apoſtolis uidemus contigiſſe Act. ij. iij. iiij. v. &c. & ꝙ inueniantur quidam qui laudēt Chriſtum, miſericordiā, ueritatem, iuſtitiā, gratiam dei, ſed non inæternū, quia non ſatis ſperant, nec ſatis lætant᷑ in eo, cedunt enim in tp̄e tentationis, neq; perſeuerant contra faciem iniquitatis, nec ubiq;, nec omnibus, nec omni tēpore audentes iactare deum (id eſt, gratiā dei): quales & hodie multi ſunt, qui ueritatem tantum dicunt uulgo omnia patienti, nō ijs, quos timent ſeſe perſecuturos, quibus tamen maxime omniū dicenda eſt. Q, ſi dices, principes populorum ſunt, extra ſynagogas facient, excōmunicabūt, extra ciuitatē eijciēt.

Audi quid ſequatur.

Et habitabis in eis, quod Hiero. dicit: Et ꝓteges eos, ipſo protectore, quis præualebit? Atq; niſi tanta res eſſet aduerſus operarios iniquitatis, & locutores mendacij, dei miſericordiā exultare, nō eſſet opus nobis promitti, hāc exhortatoriam promiſſionē: Scit ipſe portas inferi inſurrecturas aduerſum gaudium noſtrum, ſed confidite, protector noſter deus Iacob, non præualebunt: Habitabit in nobis ipſemet, maior eſt (inquit Iohannis. j.) qui in nobis eſt, ꝗ̄ qui in mundo. Si deus pro nobis, quis contra nos? Hæbraicum conſulens, inuenio hic uerbum abſolutum, quod pſal. ij. ponitur: Ego autē conſtitui regem meum, quod ordinare, conſtituere, præponere Reuchlino ſignificat: Vnde in Hebræa proprietate ſonat, habitabis in eis, id eſt, ordinationem ſuper eos facies, conſtitues ſuper eos, ordinator ſuper eos eris, tu curabis eos, tu reges eos, quod Hieronymus recte, & ſi nō plene dixit, proteges eos, latior enim hebræi uerbi ſignificatio. Sicut & illud abſolutum eſt: Exultabunt, ſeu, laudabūt. q.d. erunt, & ſint prædicatores, & Euangeliſatores (quod proxime huius uerbi alludit ſignificatio) Euangeliſare enim eſt lætum, iucundum, ſuaue, bonū uerbū nunciare, quod ירננו ieranenu hebræis diximus ſignificare. Lætum aūt uerbū aliud nō eſt, ꝗ̄ remiſſio peccatorū, multitudo miſericordiæ dei, conſolatio triſtis conſcientiæ. At quid his nūcijs & iactatoribus gratiæ contigerit uidemus, in Apoſtolis & Martyribus & omnibus ſanctis. Rurſum, quomodo habitauerit *Chriſtus* in eis, rexerit & ſeruauerit, ſcimus.

In illis uero quis habitabit? quis eos proteget? quis reget? non his egent, fortes ſunt, gygantes in terra ſunt, potentes portæ inferi, ſedes diaboli, hic enim princeps mundi eſt, & habitat in eis.

Sequitur altera pars uerſus huius: Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum. Quanq̃ Hieronymus recte uertit: Et lætabuntur qui diligunt nomen tuum. tamẽ noſter translator pulchre uocem hæbream expreſſit, quia aliud genus gaudij ſignificat, q̃ primum uerbum lætabũtur. Et, ſicut mihi dicit nat meus Morpheus, illud ſignificat proprie gaudere, gaudium in ſe recipere & habere, hoc uero, gaudium reddere & lætari ac uelut lætificare, ſeu, ut dicimus latini, iucũdum eſſe, ubi ſiquis in ſeipſo de ſuo gaudio iucũdus eſt, gaudium in gaudio. de quo pſal. lxvij. Et delectentur in læticia. &. xx. Lætificabis eum in gaudio: alioquin nobis læti, alijs iucundi ſumus (ut uolunt.) Sic. j. Reg. ij. Exultauit cor meum in domino, id eſt, iucundum fuit. Et. j. Paral. xvj. Exultabunt agri & oĩa que in eis ſunt. ſicut ille dixit: Lætas ſegetes, figurate, q̃ nos reddant iucũditate ſua lætos. Verũ ego ſtultus, q̃ in uocabulis adeo torqueor, cum multa alia ſint huius linguæ, quæ læticiam ſignificent, quorũ ego nec poſſim nec uelim conſtantem differentiam profiteri. Sufficit uel opinari, hoc præſens gaudij genus, pertinere ad affectum gratiudinis, quo in benefactorẽ grati & iucundi rapimur, de cuius dono lætati ſumus, qua gratitudine iucũdi ſumus benefactori, eiuſq̃ uotis reſpõdemus, ſicut ager lætus ſuo cultori. Et hoc ita eſſe, uidet eo ſigno intelligi, quod in uerſus initio uerbũ abſolute dicitur: Et lætabuntur, hic uero: Et lætabuntur in te, ut priore uerbo ſenſum beneficij abſolute indicet: poſteriore uero, acceptum benefitiũ referri in benefactorem cum iucunda gratitudine. Nam in beneficio lætari etiam pſal. cxxj. oſtendit: Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi &c. Vbi ponitur uerbum huius uerſus in principio poſitum. nõ dico, hæc conſtanti Canone uerbis iſtis duobus propria eſſe, ſed ex regimine, & abſoluto ſtatu, in hoc loco ſic poſſe diſtingui: Nã pſal. xxxj. Lætamini in domino. Et. xcvj. Lætamini Iuſti in domino, idem uerbum habetur cum regimne, quo hic uerſus incipitur abſolute. Niſi id Canonem faciat, q̃ in domino lætandum, ſicut in beneficio, illi dicant citra gratitudinis affectum.

*Gaudiũ ſpiritus ex gratitudine.*

Hæc autem ſignificatio apte quadrat ad ſententiam, ut enim priore huius uerſus parte gaudium in tribulatione deſcripſit: ita hac poſteriore gaudium in proſperitate, ſeu gaudium in gaudio deſcribit, quod non eſt uerum nec ſyncerum, niſi in domino gaudeat: Iuxta illud Iſaiæ, Gaudens gaudebo in domino. Quæ omnia non aptius intelligi poſſunt (ut dictum eſt) niſi cum propheta, nobis ob oculos ponamus aduerſariam generationem, de qua penitus inuertere oporteat hunc uerſum totum, ut qui in aduerſitate pro lætitia triſtantur deſperantes de deo, nec exultant in æternum bene de deo loquentes, ſed aſſidue murmurant male loquentes de deo ideo nec protegit eos deus, nec habitat in eis. Contra, in proſperis effuſi, inſipienter gloriantur, non in domino, ſed in ſe, ſuiſq̃ operibus, ſibijpſis placent, ſuaq̃ mirantur, quia diligunt nomen ſuum, & quærunt gloriam ſuam: Ita ut recte hunc uerſum totum de talibus liceat in hunc modum uertere: Et triſtabuntur omnes qui non ſperant in te, ſemper murmurabunt, & deſeres eos, & gloriabuntur in ſeipſis, qui diligunt nomen ſuum.

*De gloriantibus ſed nõ in deo.*

Itaq̃ proprijſſime, utrunq̃ tempus, utraq̃ hominũ generationem, utriuſq̃ affectus, & opera, hoc uerſu breuiter & mire diſtinguit & pingit ſpũs pphetæ,

antitheſi

antidoti aptiſſima, Impoſſibile eſt enim ut nõ triſtetur, qui non ſperat in dño,
quoties inuit quæcunq; tribulatio. Triſtatus aũt non poteſt non murmurare
continue, cum laus dei ſine exultatione cordis nulla ſit. At hic murmurator tri
ſtis & impatiens, deo quoq; diſpliceat, ac magis magiſq; deſeratur, neceſſe eſt,
nõ enim in Babylone habitat, ſed in ſalem, id eſt, in pace factus eſt locus eius.
pſal. lxxv. Et ſuper quietum & humilem requieſcit ſpiritus eius, Iſaiæ ultimo.
Cõtra, impoſſibile eſt, ut nõ lætet̃ qui ſperat in dño, etiã ſi fractus illabatur or/
bis, impauidum enim ferient ruinæ. Lætatus aũt non poteſt non bene cogita/
re de deo exultare in laude eius, & exhortari ſeipſum: Quare hic laudator pa/
tiens & lætus, dignus eſt quẽ ꝓtegat & inhabitet deus, nec fruſtra lætari, ſpera
re, exultare permittetur, ſeruãs ſeruabit eũ. Atq; hoc eſt biuium, in quo ſe diui/
dunt uiri ſanguinũ & doloſi: a uiris miſericordiæ, & hominibus bonæ uolũta/
tis, quantum pertinet ad tempus nubilum, & horam tentationis. Quare ut ſæ/
pius dixi, Saul noſter a ſpiritu dñi, malo non habet leuius remedium, niſi Da/ *Laudandus*
uid noſter pſalterio arrepto, pſallat manu ſua, hoc eſt, ſi triſtat̃ anima tua, inci/ *deus in ad=*
pe iucundam aliquam cantionem uel memoriam in deũ tuum, & mox ſenties *uerſis.*
ſeruamẽ, & probabis probum eſſe conſiliũ ſapientis: In die malorũ memor eſto
bonorum, Et iterum: Multos occidit triſtitia, & nõ eſt utilitas in illa. Hic enim *Muſica in*
muſica in luctu, etiã contra prouerbium, eſt opportuniſſima narratio, ſicut ille *luctu.*
pſal. xliij. Quare triſtis es anima, & quare conturbas me: Spera in deo, qm̃ ad/
huc confitebor illi, ſalutare uultus mei, & deus meus.

Rurſus, impoſſibile eſt, ut non placeat ſibi, infletur, glorietur, gaudeat in ſe/
ipſo, qui non dei, ſed ſuum nomen & gloriam diligit & quærit, quotiens acci/
derit quæcunq; proſperitas. Placens autem ſibi in ſua proſperitate, quid aliud *Mutuum ſca=*
faciat, niſi ꝙ, ut prouerbium eſt: Mutuum ſcabunt muli, ita ipſe ſuos benedi/ *bunt muli.*
ctores benedicat, & laudatores laudet, illiq; uiciſſim benedicẽtem benedicãt,
laudantem laudent, Iuxta pſal. ix. Laudatur peccator in deſiderijs ſuis, & impi
us benedicitur. **gefatter über den zun vnd erwider.** Atq; hoc eſt nouiſſimum
quod poſſunt, uane ſcilicet gloriari, iactare, ſeipſos prædicare, quorum finis in
confuſione.

Contra, impoſſibile eſt, ut ſibi placeat, in ſeipſo gaudeat aut glorieẽ, qui nõ *Gaudiũ ſan=*
ſuum, ſed dei nomen diligit, quãtalibet arrideat ſerenitas & felicitas. Hac autẽ *ctorũ in deo.*
ratione diſplicens ſibi atq; uileſcens, neceſſe eſt, ut nõ niſi dei nomẽ, laudẽ, glo
riam quærat, & amet, & dicat: Sanctificet̃ nomẽ tuũ, prophanetur uero nomẽ
meũ, & omniũ: Benedicant oĩa opera dñi dño: Nec bñdicat iuſto niſi tu ſolus,
impiorũ benedictio, maledictionis uice ducenda eſt.

Finge ergo, immo obſerua prophetam (ſi uis hunc intelligere uerſum) poſi
tum eo loco, ubi impiorum intuitus uitam, duplo ſcãdalo uexetur. Altero, ꝙ
ſibi omnia aduerſa cadũt, deinde omnia ſua & dicta & facta, pro ſtultitia & im
pietate ducuntur, quibus ad triſtitiam, impatientiam, deſperationem mouea/
tur. Altero, ꝙ impijs omnia proſpera abundant, omniaq; eorum dicta & fa/
cta uehuntur, celebrantur, ac iam immortalitati omnino conſecrantur, quod
eſt atrociſſimum omnium, & quod maxime irritet ſcandalum. Tum iraſcens
quidem, ſed non peccans, loquitur in corde ſuo, in cubili ſuo tacet, & ſinẽ ex/ *Quid in cubi=*
pectans dicit hunc uerſum. Nam ſi quis quærat quid loquendum ſit in cubi/ *libus loquẽdũ*
libus: de quo pſalmo. iiij. dictum eſt, recte reſpondebitur: Non aliud ꝗ̃ ea quæ *ſit.*
hoc uerſu traduntur, ut ſeipſum conſoletur in domino, dum illi uaniſſime ia/
ctantur in ſemetipſis.

Vnde &

Digreditur autor & diſſerit

Vnde & aptiſſime ſeruat ordinẽ: Tentatio enim quæ a ſiniſtris eſt, prior

*Tentatio a ſiniſtris & a dextris.*

& minus periculoſa, ꝙ a latere tantum cadãt mille, ſed a dextris decem mil
quæ & multo grauior & periculoſior eſt, nec niſi ijs, qui priore ſunt diu exer
tati, obeunda, utraq; fornax quædã eſt ꝓbationis, ſicut ſcriptũ eſt, Eccle. xx
Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tẽtatio tribulationis. Alter. Pr
uer. xxvij. Quõ probat̃ in conflatorio argentũ, & in fornace aurũ, ſic probat
homo ore laudantis: Quo modo? Nempe quod in illa inueni t̃ triſtis & mu
murator. In hac gloriator, diligẽs nomen ſuum, & benedicens ſeipſum. atq
in priore caſus proprie uulgi, & eorum quos peccatores contemnimus, eſt, i
in poſteriore grauior eſt perditio pinguiũ Iſrael & electorũ, & quos ſapientes
& iuſtos ueneramur, hoc eſt impiorũ: iuxta pſal. lxxij. Et occidit pingues eor
& electos Iſrael impediuit. Et Iſa. v. Deſcendẽtq; ſublimes & glorioſi ad eum
ſcilicet infernũ. Adeo ſemper deus percuſſit magnates & primates, ut noſtri
reret, humilitatẽq; nobis tutiſſimã commẽdaret, ita ut proprie de magnatibus
dicat pſal. Terribilis apud reges terræ, & qui aufert ſpiritum principum, nec ſe
tamẽ quicq; ꝓficit apud tyrãnos: Quis enim legitur uſq; in ſacris literis primo
loco habitus, qui nõ aliquo inſigni caſu gloriam ſuam nobilitarit, ſi ab Adam
ad Petrum uſq; numeres? Tanta ſcilicet cura fuit deo, pro humiliãdis magna
tibus, ut quibus neceſſe ſit, pro ſubditorũ ſalute, uel honoris & dignitatis pro
ſperitatem obuenire, ne fierent impij ſuæ gloriæ amatores, & nominis ſui dile
ctores. Rurſus uix unus & alter e uulgo memoratur, qui ſcelere ſe infamarit,
qualis Achan, & ille Num. xv. qui ligna ſabbato collegerat.

*De nõie domini Tetragrãmaton.*

Nomen dñi hic quid ſit quærendum eſt, de quo multi in diuerſis quoq; lin
guis. Hebræi decẽ nomina dei iactãt, teſte etiã diuo Hiero. inter quæ illud ma
gna ſuperſtitione celebrant, quod Tetragrammaton uocant, יהוה, cuius uir
tute neſcio quantũ tutelæ & operationis ſibi promittant, cũ interim per impiã
incredulitatẽ & blaſphemiã nõis Chriſti, ſine fine nomen dei aſſument in ua
nũ, nec aliquid minus curant, ꝙ ut nomine dñi ſalutẽ animarũ ſibi parent. Di
manauit aũt & in Chriſtianos eorundẽ ſuperſtitio, ut paſſim iactent, ſcalpant,
figant, geſtent, quatuor iſtas literas, ſiue impij, ſiue pij ſint, nihil curantes, ue
lut Magi in literis & characteribus uirtutes ſe habere præſumentes.

Nos uero, ſicut decet Chriſtianos, oportet hoc ſcire, ꝙ ſine fidei pietate oĩa
ſunt ſuperſtitioſa & damnabilia, adeo ut nec Chriſtus, nec deus ipſe ulli ſit ſa
lutaris, niſi per fidem habeatur. Quare quodlibet nomen dei, immo quodli
bet uerbũ dei, omnipotentis eſt uirtutis, in ſalutẽ corporis & animæ, ſi fidei re
uerentia poſſideat̃. Non itaq; nomen, ſed fides in nomen dñi facit omnia, nec
unũ altero efficacius eſt: Si eñ nomen Tetragrãmaton ſolũ tantæ uirtutis eſt,

*Nõ nomen dei ſed fides nominis.*

ſtulte facit Eccleſia, ꝙ non in ipſo, ſed in nomine potius patris & Filij & Spi
ritusſancti benedicit, baptiſat, & omnia ſacramenta ſua perficit: Mirũq; ſit Ec
cleſiã Chriſti, quæ ſpiritũ dei habet, hæc nondũ nouiſſe, quæ omnia nouit quæ
dei ſunt. Q, ſi dixeris, & ipſum Tetragrãmaton hæc oĩa in ſe continet, omniũ
q; perfectiones: ita ut nominato ſanctæ Trinitatis nõie, aut dei, aut dñi, ſimul,
ibi nominetur Tetragrãmaton. Cur ergo ab alijs ſecernitur? cur non efficit in
omnibus, quod efficit ſeorſum? An tã ſanctũ eſt, & alia tã prophana, ut his mi
xtum polluatur? Aut tã inuidum, ut alijs hanc uirtutis gloriã inuideat? Sint er
go iſta Iudæorũ figmẽta, Chriſtiani melius ſapiant, unã ſcilicet eſſe oĩm nomi
nũ dei uirtutẽ, ſi fidẽ piã habeas, ſine qua nec ſanctæ trinitatis nomẽ tibi ꝓſit.

Verũtamen

Verumtamen quãdo omnia illis contigerunt in figura, ut nec iota nec apex fruſtra ſcriptus credatur, non negarim in nomine Tetragrammaton, aliam & ſingularem præ cæteris figuram fuiſſe ſignatam, in nouo ſcilicet teſtamento reuelandam, unde & tunc ineffabile habitum eſt, & etiamnum habetur Iudæis, qui reuelatum eiuſdem myſterium pertinaciſſime exhorrent. Quare, ut & nos ſiue nugemur ſiue cum eis cabaliſemus, putemus nomen Tetragrammaton eſſe ſymbolum nominis ſanctæ trinitatis, & nomen patris & filij & ſpiritusſancti, nunc reuelatum, tunc ſub quatuor literis fuiſſe adumbratum. Quod ut faciamus uerisimile, ex ipſis literis, ex numero, ex ſignificatione eorũ argumentemur. Significatio eſt hæc, Iod principium, he iſta, uaf &, he iſta. Componantur grãmatice & latine, reſultabit hæc oratio, principium iſtius & iſtius. Quod cum nomine ſanctæ Trinitatis per omnia conuenit, ꝙ pater in diuinitate ſit principium iſtius, ſcilicet filij, & iſtius, ſcilicet ſpiritusſancti. Nam iſta pronomina, iſtius & iſtius, obſcurius filium & ſpiritumſanctum repreſentant, ſicut conueniebat illi teſtamento, in quo non erat reuelandum, ſed indicandum duntaxat myſterium trinitatis, Sed nec patris nomẽ clare expreſſum eſt, licet nomine principij plus notificet ꝙ filius & ſpiritusſanctus: in quo ſimul ſignificatum eſt nulli eſſe (ſicut Chriſtus Matt. xj. dicit:) cognitum patrem neq; filium, niſi cui fuerit reuelatum, Siquidem nec hodie ſanctæ trinitatis myſteriũ, etiã ſi nomẽ proferat, cognoſcitur, niſi docente ſpiritu fidei. Apparet itaq; illis ſub nomine Tetragrãmaton perſonarum diuinarũ numerum & naturam non ſecus eſſe adumbrata, ꝙ nobis ſub iſto nomine, trinitas, ut ſicut uocabulum trinitas, ſi reſoluatur, eius ſentẽtia dabit, patrẽ & filium & ſpiritumſanctũ, ita Tetragmaton reſolutum reddet principium iſtius & iſtius, obſcurius quidem, tamẽ idem: Aeque enim tres commendant perſonæ, & duæ ꝓceſſiones, atq; in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

*Nomen dei apud Iudæos ineffabile.*

*Cabala Lutherij de nomine dei Tetragrãmaton.*

Secundo, numerus eſt quaternarius, hic eſt quadratus planus primus: qui conſtat duabus proportionibus ſimplis primis, quarũ prior eſt, unius ad duo, poſterior duorum ad quatuor, Naſcitur igitur gemina proceſſione & proportione quadratus unius ad unum & duorũ ad duo, ab unitate incipiens in quaternitate deſinens. Sunt aũt proportiones iſtæ iuxta arithmeticam inæquales, ſed iuxta Geometricam æquales, ſed hæc ad Mathematicam. Ita in quadrato huius diuini nominis ſignificatur unitas paternæ ſubſtantiæ, ex qua unus procedit filius æqualis eidem ſimpla proportione prima: Ex utroq; autem ſpiritusſanctus ſecunda proceſſione, uelut altera proportione ſimpla æqualis patri & filio, ſicut proportio duorum ad duo & unius ad unum æqualis eſt Geometrice. Cum autem proportio iſta ſimpla omnium ſit perfectiſſima, prima, & proportionum fons & caput, ubi neutra partium alterã excedit, nec exceditur utra: quia unum uni, duo duobus, per omnia æqualia: fit ut æqualitas perſonarum in diuinis, per duas tantum proceſſiones & non plures ſubſiſtentiũ, pulcherrimi iſtius quadrati ſeu Tetragrãmati ſymbolo, ſignificata ſit antiquis patribus in occulto. Aequalis enim patri filius proceſſione prima, æqualis utriq; ſpiritus proceſſione ſecunda.

Huc iam facile eſt referre, quatuor iſtas relationes, quas Theologi habent uſitatiſſimas: generatio actiua, generatio paſſiua, ſpiratio actiua, ſpiratio paſſiua, Hæc enim quatuor conſtituũt (ut ſic dicam) deum trinum & unum, ſicut iſtæ quatuor literæ eius nomen.

Digreſſus autor diſſerit

Tertio, ex ipſis literis ac natura earũ, Syllaba prima terminat proportio
primã in literã he, quæ eſt lenis ſpũs, ut indicet proceſſionẽ illã in diuinis
*Litera aſpira tionis.* non carnalem, ſed ſpiritualẽ & ſuauiſſimã ac blandiſſimã. Aſpirationis
litera, ſi proferatur, aliud non eſt niſi quidã blandus proceſſus uenti ſeu
ut aptiſſime hanc proceſſionẽ filij ſignificet. Similiter & totũ nomẽ termi
proportione ſecunda in eandem aſpirationis lenitatem, ut & ſecunda pro
ſio intelligatur ſpiritualis, nec ab ea differens, niſi ꝙ eſt ſecũda, & a prima p
cedens, nec differt ſpiritus a patre & filio, niſi proceſſione ſola ab utroq; Cu
ergo ſpirituales ſint iſtæ ꝓceſſiones & ſpiritualiſſimæ naturæ neceſſe eſt
principiũ in totũ fluere principatũ, ꝙ diuiſibilis nõ ſit. Ita inæſtimabilis plu
litas ſubſiſtit in ſimpliciſſima unitate.

Hæc inq̃, & ſiqua ſunt ſimilia, uidenẽ eſſe in Tetragrammato ueteri figur
ta, tũc uero in oĩbus linguis reuelata, ut iam Tetragrammato nõ ſit opus, no
magis q̃ tota lingua Hebræa, pro intelligẽdo deo: His ſuffragatur, ꝙ Burge
dicit: Tetragrammaton iccirco ineffabile dici, ꝙ nullius uocis hebrææ Etym
logiam ſapiat, nec Analogia liceat ſignificationem eius agnoſcere, ut appar
at, conſilio diuino has literas hebræas quidem copulatas, ſed tamen uelut e
traneam & non gentilem Iudæorum dictionem inſignificabilem conſtitu
quo modo latinis literis liceat dictionẽ aliquam cõſtituere, grammaticis igno
tam, tantum ſignificandi & memorandi cauſa. Quod Valentiniani uidentur
æmulati in ſua, abraxas, græca dictione.

*Quare ineffa bile dictũ no men dei.* Recte ergo ineffabile nomen domini dictum eſt, ꝙ tunc non fuerit reue
latum trinitatis ſacramentum, & ſi occulte inſinuatum. Recte quoq; ſoli deo
hoc unicum nomen tributum dicitur, & quod deum ſecundum ſubſtantiã &
internam naturam ſignificat: Nam uere deus in ſeipſo aliud non eſt niſi pater
& filius & ſpiritusſanctus, trinitas, & ea quæ de unitate & proceſſione dici ſo
lent. Quæ res in nulla creatura inueniri poteſt, quare nec Tetragrammaton ei
aptari, cum alioquin nomina, regis, domini, dei, fortis, excelſi, eloim, & ſimili
um, alijs & conueniant & tribuanẽ uicem dei gerentibus. Operibus enim dei
externis, angeli & homines aſſimilari poſſunt, Sed trinitas in unitate eſſe non
poſſunt, ideo & nominibus dei fungi poſſunt, ſed Tetragrammaton & Trini
tatis uocabulo uti non poſſunt.

*Nomen dei non indicatũ ueteribus.* Hinc puto facile ſolui difficultatem illam Exodi. v. ubi multi æſtuant, quid
uelit ſpiritus quãdo dicit: Ego dominus qui apparui Abraham Iſaac & Iacob
in deo omnipotente, & nomen meum יהוה Adonai non indicaui eis, cum ta
men nomen Tetragrammaton longe ante etiã Geñ. iiij. & deinceps ponatur.
Non inq̃ puto id uoluiſſe literas illas, ſcilicet, non fuiſſe eis indicatas, niſi for
te tunc literæ nominis eius nõdum fuiſſent aut cõpoſitæ aut ſcriptæ, ſed ꝙ uim
huius nominis, id eſt: fidem trinitatis & noticiam Chriſti non fecerit publicari
tempore patrum, nec Moſi, nec totius ueteris teſtamenti, ſed tantum occulte
inſpirari, & figuris adumbrari.

Sunt qui putent Tetragrammaton eſſe nomen Iheſu, interſerta litera ſchin.
quod optarim eſſe probatum & uerum. At quãdo Matthæus Euãgeliſta. c. ij.
ſalutis Etymologiã illi tribuit, dicente angelo ad Ioſeph, uocabis nomen eius
Iheſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Tetragram
maton uero (ut dixi) nullius ſit Etymologiæ prorſus, difficile erit idipſum tue
ri, ut id taceã quod in hebræo uocabulo, quod ſalutem uel ſaluatorẽ ſignificat,
neceſſaria

neceſſaria & ſubſtātialis, quam uocāt, litera ſit, Ain, quā & Tetragrammaton non admittit, & nomen Ieſus exinde cōſtitutū non habet. uerū aliorū in hac re iudicium eſto. Hæc pro uitāda ſuperſtitione Iudæorum dicta ſunt.

Quod eſt igitur nomen dei, qd' hoc loco Propheta diligēdum tradit? Neq; enim unum eſt tātum: Paulus .j. Timot. j. ſapientem uocat, dicēs: Soli ſapienti deo. Ibidem: Regem ſeculorum immortalem inuiſibilem. Eiuſdem .vj. dicit: Beatus & potens q ſolus habet immortalitatē. Ioh. j. Ioh. iiij. Deus charitas eſt. heb. xj. Non cōfunditur uocari deus Abrahaam, Iſaac & Iacob.

Et qd ſi totum huc Dionyſium de diuinis nominibus aduehamus? Et eun/dem rurſus de myſtica Theologia, donec nullum nomen deo relinquamus? Siquidem qui cogitatu incomprehenſibilis eſt, q̄ nomine effabilis eſſe queat? ſed alijs otioſioribus iſta ſpeculanda relinquamus, nos pro ſimplicitate intel/ligentiæ, hoc loco nomen domini accipiamus, non id quo uocatur, ſed quod de ipſo prædicatur: iuxta illud Prouerb. xxij. Melius eſt nomen bonum, q̄ di/uitiæ multæ. Eiuſdem .x. Nomen impiorum putreſcet. pſal. xxj. Narrabo no/men tuū, fratribus meis. Nomen ergo dei, bona fama, laus, gloria, prædicatio, præconium dei, ut clare monſtrat pſal. cj. Vt annuncient in Zion nomen do/mini, & laudē eius in Hieruſalem. Ecce nomē dñi, & laudem eius idem dicit, & eadē annunciatione prædicari. pſal. cxlix. Laudent nomen domini, quia ex altatum eſt nomē eius ſolius. Confeſſio eius ſuper cœlum & terram. Cum au tem ſolus deus operet omnia in omnibus, cōſequens certe eſt, ſoli deo deberi nomen omnium operum. Solus ergo bonus, ſapiēs, iuſtus, uerax, miſericors, clemens, ſanctus, fortis, dominus, pater, iudex, deniq; quicqd nominari uſq;, aut de quopiam prædicari poteſt in laudem.

*Nomen dei, laus dei eſt.*

*Nomen dei.*

Qua ſententia efficitur, ut ſicut nobis nihil relinquitur, uirtutis aut operis, ita nihil quoq; nōis poſſumus nobis arrogare. Atq; ut ſumus homines, nō ni/ſi peccatum, mendacium, uanitatem operātes, nomen putridum & fedum ha/bemus, ut ſit omnis homo mendax, & uniuerſa uanitas homo uiuens. Quare nomen noſtrū eſt peccatum, mēdacium, uanitas, iniuſticia, malitia, puerſitas, & quicqd male dici de quopiam poteſt. Hæc cum agnoſcimus & cōfitemur, recte agimus, tum enim nos noſtra opera, noſtrumq; nomen odimus, abijci/mus, amittimus: deum, dei opera, dei nomē diligimus, deſyderamus, & quæri mus, dicentes cum pſal. liiij. Deus in nōie tuo ſaluum me fac. q. d. In nomine meo peribo, immo perditus ſim, in tuo autem ſaluus ero.

*Nihil nōis nobis arrogandum.*

*Nomē noſtrū.*

Hæc autem aduerſus impiā impiorum hypocritarum cenodoxiam omnia dicta a Propheta ſatis clarum eſt. Horum enim ut eſt temeritas, ſeipſos iuſtifica re cum Phariſæo, & Simone leproſo in Euangelio: ita furor quoq; eſt, ſeipſos iactare & nomē ſuum amare, prædicare, omnibus alijs inſultare, Publicanos, peccatoresq; peſſimis nominibus accuſare, iudicare, uituperare. At pij & fide/les dei homines, ſi gloriantur in domino gloriantur, nomen domini ſanctifi/cari, magnificari, glorificari petentes: Horū eſt ſeipſos accuſare, iudicare, dam nare, omnibus inferiores ſe exiſtimare in nouiſſimo loco ſedere, atque ita no/men ſuum prorſus ignorare. Verum & hic crux ipſa ſola, iudex eſt teſtiſq; ue/ritatis, quandoquidem ſunt, qui nomen domini a ſe diligi iactent, magna fidu tia etiā chartis illiniant: In nomine domini, &, Soli deo gloria. Item laus deo, &, In nomine Ieſu, & ſimilia. Deniq; cui nō eſt in uſu uulgatiſſimo, inſignis illa & Chriſtianiſſima oratio: Deo gratias? Quid enim felicius Eccleſia eſſe

*Fideliū hominū ſyncerritas Chirſtiana.*

*Mendaciū loquuntur in nomine domini.*

poſſit hodierna: Si nemo eorum, qui hæc iactant, mentiretur, & nomen do
ni ſui in uanum non aſſumeret: ſed rara hæc auis. Si enim uere nomen domi
diligunt, ac non potius ſuijpſius, cur indignantur & impatientiſſime fer
quoties nomine proprio tanguntur, hoc eſt, dum uel ſtulti, uel mali, uel
opprobrio onerantur: Cur hic non agnoſcunt nomen ſuum, & dicunt De
gratias, &, Soli deo gloria: Cur ueritati, quam alius coram eis profitetur,
atrociter reſiſtunt, quando eandem ipſi tam uero corde (ut garriunt) de ſe
profitentur: Itaq; crux ipſa omnes oſtendit mendaces, ut uere ille dixerit:

*Odium diuini nois ex amore nois noſtri.*

dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax. Vides ergo q͂ repente odium no
minis ſui, mutatum eſt in impetuoſiſſimum amorē nominis ſui: Simul fals
amor nominis dei, prodit ſeipſum, dum impatientiſſime fert, nomen domi
ſibi auferri per alium, qđ ipſe cōtinue & mendaciter a ſeipſo reiecit, & ſibi
abſtulit, dicens: Deo gloria, &, Deo gratias, Ego autem peccator. Hunc pro
fundiſſimum affectum quis digne obſeruare poſſet, niſi Chriſtus cruce & con
tumelijs nos probari curaret: Atq; hæc eſt ſententia Gregorij eximia: qua
unuſquiſq; apud ſe lateat, illata contumelia ꝓbat: Nam hic mox, Deo gratias,
uertitur in dei blaſphemiam.

Sed inuenit iſte Struthio frondem, qua ſe tegat, & in peccatis excuſet. Pri
mum illud Auguſtini: Qui negligit famam, crudelis eſt. Et iterum: Conſcien
tia tibi, fama proximo neceſſaria eſt. Tum illud. j. Petri. iij. Nemo patiatur ut
homicida, aut fur, aut maleficus, aut alienorum appetitor: Si autem ut Chriſtia
nus, non erubeſcat, glorificet autem deum in iſto nomine. Sed & diuus Hie
ronymus palā docet, in ſuſpitione hæreſeos, non debere patientē eſſe quenq̃.
Primum hoc loco loquimur in ſpiritu cum Propheta & coram deo. Prouide
re utiq; debemus bona, non ſolum coram deo, ſed etiam coram omnibus ho
minibus. Ro. xij. Et. ij. Corinth. iiij. Commendantes noſmetipſos ad omnem
conſcientiam hominum coram deo. Et. j. Theſſal. ulti. Ab omni ſpecie mala
abſtinere uos. Chriſtus quoq; Matt. v. Perſecutionem paſſos prædicat beatos
ſed propter iuſticiam.

*Falſū crimen agnoſcere nō debemus.*

Ita ueriſſimum eſt, coram hominibus nos non debere mentiri & falſum cri
men agnoſcere, ſed potius mori, ſicut mulier illa ſepties percuſſa, apud Hiero.
Veruntamen ſicut pati debemus mortem & quæcunq; mala ꝓpter iuſticiam
innocentes: Ita libenter debemus pati nominis noſtri iniuriam, nec ipſum re
petere cum tumultu, aut retaliare iniuriam, ſed quātumlibet innocētes coram
hominibus, tamen corā deo cōfiteri oportet nos meruiſſe, multo maiora, tam
rerum uitæ, q͂ nōis incommoda. Sicut enī res & uitam, ita & nomen bonum,
debemus agnoſcere eſſe bonas dei creaturas, optimaq; dona. Verum nō debe
mus nos his dignos æſtimare, & iniuriam fieri nobis putare, ſi auferant̄, immo
indignos nos his oībus agnoſcere, patienterq; eis, uolente deo, carere. Quare
non eſt neceſſe, adulterum, aut homicidam te confitearis, ſi non ſis, aut agno
ſcas crimen eiuſmodi tibi intentatū, immo nec confiteri, nec agnoſcere debes,
ne mentiaris tu ſimul cum eo qui te mendaciter afficit ignominia. Et tamen

*Notabile.*

paratus ac quietus eſſe debes, ſi teſtimonio tuæ innocentiæ a te dato, non cre
dens, nihilominus te criminetur: Sicut nō debes dicere uitam tuam eſſe nihil
aut carnem tuam eſſe phantaſma, aut aurum tuum eſſe cuprum, q̃ humiliter
ſapias: Sed hæc cōfiteri talia, qualia ſunt, & tamen ſi auferantur, non reſiſtere,
neq; repetere, nec uindicare.

De nomine domini.

Ita famam tuam obſcurantibus & detrahentibus, reſiſtere non debes. Et ſi debes innocentiam tuam proteſtari, nec eorum mendacia, ſilentio malo confirmare. Sic olim Chriſtiani, Lugduno Galliæ, accuſati ꝙ in occultis infantes uorarent, uſque ad mortem conſtanter negabant. Et Hieremiæ. xxxvj. Cum Hierias criminarentur Hieremiam, ꝙ ad Chaldæos fugeret, reſpondit, falſum eſt, non fugio ad Chaldæos. Nihilominus tamen, cũ non crederetur ei, paſſus eſt ſe cædi & in carcerem mitti innocentem. Sed & Chriſtus coram Anna, conſtanter tutatus eſt doctrinam ſuam, quam ille interrogans oblique damnauit, & tamen alapam accepit a miniſtro, paſſus innocenter, eodem crimine ab incredulis traduci. Hac regula & hodie nobis neceſſarium eſt incedere, quando impijſſimi magnatum adulatores inſanientes & ferocientes, innocẽtiæ bonorum, inſidioſiſſime obtrudunt, nomen hæreticum, ſcandaloſum, erroneum, ſeditioſum, aurium offenſiuum, põtificali reuerentiæ detractorium, & id genus prout libitum eſt ſuis opinionibus.

*CHRISTIAni Lugduno Galliæ.*

*Ferenda non agnoſcenda.*

Ferenda ſunt, inquam, hæc portenta, ſed non agnoſcenda. Quod ſi præualeant, rationeque reddita non cõtenti, pergant furere, deo confitendum eſt, nos digna pati, & nomen nõ noſtrum, ſed dei nobis ui, immo & iure auferri, ut qui indignis ſimus eo nomine, intus uero, per fidem & conſcientiam, foriſque per confeſſionem conſtantiſſime ei adhærere. Nec enim nobis nomen bonum auferunt, quorũ non eſt, ſed deo, cuius dono in nobis erat. Quin ſibiipſis noſtrum nomen auferunt, cum ideo nobis datum fuerit, ut ipſi per hoc ad deum mouerentur, luce bonorum operum noſtrorum eruditi, ut glorificarent patrem noſtrum in cœlis. Nihil ergo nobis aufertur de bono nomine, quãdo ipſum nec in conſcientia, nec confeſſione auferre, ſed tantũ in opinione ſua propria, ſuo, ſcilicet, damno extinguere poſſunt, ita ut magis illorũ miſeriæ condolendum, quam noſtro damno triſtandum ſit. Qua in re dum innocentes nos confitemur, & reddita ratione, nomen malum repellimus, non nobis, ſed ipſis etiam inuitis calumniatoribus ſeruimus.

*In pertinaces tutores famæ*

Hoc affectu, hoc Canone, non curant famam ſuam Struthiones iſti, ſed id tantum quærunt, ne patiantur infamiam, nec quieſcentes donec aduerſarijs (ſi poſſunt) oppreſſis, nomen ſuum receperint (iuxta iuris regulam, uel errorem potius) uim, ui repellentes. Atque ne fiant crudeles, famam negligendo (ut putant) impij fiunt & crudeles ſimul, nomen bonum uindicãdo, tanquam ſuum, non dei. Itaque peruerſiſſime abutuntur ſententia Auguſtini pulcherrima: Qui negligit famam crudelis eſt. Et iterum: Fama tua proximo neceſſaria eſt. Non enim ideo furendum eſt, & contra Euãgelium, pallium repetendum, quia pallio tuo, opus eſt proximo tuo. Nec res quælibet defendẽda, nec ipſa ſane uita, ꝙ his eget ꝓximus tuus. Sic nõ eſt fama per uim repetenda, quæ neceſſaria eſt proximo. Satis eſt in his omnibus non agnouiſſe crimen, deindde opus eſt uelle pro deo maiora pati, ut ſic altera maxilla quoque parata ſit, & tamen prioris percuſſio non agnoſcatur tanquam merito inflicta.

Eſſe autem meram ſimulationem in his pugnacibus & pertinacibus famæ tutoribus, eoſque falſiſſime dicere ſe amore nominis domini hæc moliri, nec ſuum, ſed dei nomen quærere, probabis hoc ſigno. Primum, ꝙ in cæteris rebus dei ſunt incurioſiſſimi, neque enim ita æſtuant, ut faciant uoluntatem dei, & regnum eius quærãt, quæ tamen maxime facerent, ſi nomen dei pure diligerent. Deinde idem nomen domini & famam bonam, in proximo ſuo patiẽtiſſime

Digreſſus autor diſſerit.

tolerant perditum iri. Quin ipſi primi omnium ſunt, qui ut nomen domini in ſe ſtatuant, in proximo perdunt. Vt hodie ſunt, qui Chriſtiani & Catholici ſi bi uidentur eſſe non poſſe, niſi inquirant quos hæretico opprobrio condem nent, ut probent, aliud nomen domini, & alium deum in ſeipſis habere, & ali ud perſequi in proximis ſuis. Quare ne credas eos eſſe amatores nominis do mini, qui prompti ſunt alios malo nomine inſignire, & ſe ſolos bono nomi ne commendare. Idem nomen eſt in omnibus, nec plus poteſt diligi in teipſo quam proximo. Erras ſi doles & ureris te hæreticum uocari, & rides, gaudesque pro ximum hæreticum haberi, quantomagis ſi tu ipſe, ut ſpecioſus ſis, alium de fœdes, cum ideo ſpecioſus eſſe debeas, ut alterius fœditatē tegeres, ſicut mem bra honeſta tegunt inhoneſta. j. Corinth. xij.

Sed ad uerba Prophetæ redeamus. Diligunt nomen tuum. Nomen domini

*Nomē domini*

diximus eſſe famam, notitiam, laudem domini, quæ utique oportet ut ſint in alijs, hoc eſt, in nobis per fidem & confeſſionem, ut, ſcilicet, non noſtra iu ſticia, uirtus, ſapientia,, ſed dei in nobis reueletur, creſcat & regnet. Sic enim in nomine domini baptiſati ſumus, ut iam non nos, ſed deus uiuat in nobis, & nomen impiorum pereat, quo ſolum dei nomen in nobis ſit: Vbi ut omnia opera noſtra illius ſunt, ita & nomen, ſic tam res ipſa, quam nomen non nobis, ſed deo tribuatur.

Quo circa ne hoc quidem inepte dicitur: nomen domini intelligi, ſiue Ieſum Chriſtum, ſiue patrem & filium & ſpiritumſanctum. Quod hæc ſint nomina

*Diligere nomen domini.*

dei, qui ſolus habet omne nomen bonum. Ita qui diligit nomen Ieſu, diligit ſi mul ſalutem dei, ueritatem dei, miſericordiam dei, uirtutem dei, ſapiētiam dei, & omne bonum. Hæc enim omnia in nomine domini quocunque includūtur. Quod ſi hoc facit, neceſſario ſimul odit nomen ſuum, nec gloriatur in ſapien tia, ſalute, uirtute hominis, quia uana ſunt, ut habere dignus ſit in ſe nomē do mini: quo & ipſe ſaluetur, & deus glorificetur.

Quare emphaſin utriusque uocabuli obſeruemus: Diligunt, & nomen, non ait, qui ſcribunt, dicunt, ſonant, indicant, cogitant, acute diſputant, cogno ſcunt, ſed qui diligunt nomen tuum. Quis enim non uideat, quanti ſint, qui deum & nomen eius tractant, nec tamen gloriantur in eo: Cor eorum ua num eſt, & intimus affectus amoris peruerſus: Quo peruerſo, nihil rectum ge ri poteſt, quo recto nihil peruerſum geri poteſt. Cum ſancto ſanctus, cum per uerſo peruerſus eſt deus.

Quid autem ſit diligere nomen domini, non intelligitur melius quam ex ipſa ui

*Natura dilectionis.*

naturaque dilectionis. Quæ eſt non quærere, quæ ſua ſunt, ſed quæ illius quem diligit: Quare is demum diligere probabitur nomen domini, qui contempto ſuo & omnium nomine, ſolius domini nomen optat, exaltatum, dilatatum,

*Nota Chriſtianiſſima.*

magnificatum, oībusque cognitum. Quod ut fiat, neceſſe eſt, ut omnia cogitet, dicat, faciat, patiatur, quæ pro nomine domini cognoſcendo, exaltandoque ua lere putauerit, cum diſpendio, tam rei, quam nominis ſui. Quo fiet, ut uane glorio ſus eſſe nequeat, ſed ſui ipſius prodigus contemptor inueniatur: Nec in ulla re ſuperbus glorieť quam in dño, cuius nomen ſolius diligit, & quærit. Qui ergo tem pore ſereno & ſua intutus ſibi placet ſuumque nomen libēter audit, hic fornace illa quam, Prouerb. xxvj. os laudantis appellat, probatur, nō diligere nomen domini, ſed ſuum: Quales Propheta impios illos, hoc loco ſugillat, inſiduciæ

iuſticiæ

iuſticiæ ſuæ gloriātes. De quibus &.j.Ro.ij. Nolite loqui ſublimia gloriātes:
recedant uetera de ore ueſtro, quia nō in fortitudine ſua roborabit̃ uir. Paulus
quoq; gloriat̃ omnia ſe poſſe, ſed in eo qui ſe cōfortat, alioquin non gloriatur,
niſi in infirmitatibus ſuis. ij. Cor. xj. pulchre & breuiter hæc beatiſſima uirgo *Gloriatio beatiſsimæ uirginis Mariæ.*
comprehēdit hoc uerſu: Fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen
eius. q. d. Nihil ego feci, ille fecit mihi magna, qui ſolus operatur oīa, qui ſolus
potens eſt in omnibus, cuius ob id ſolius nomē quoq; eſt, ipſi ſoli gloria, qui
ſolus facit, ſanctum uidelicet, quod nulli liceat attingere & ſibi uſurpare; qui
enim opus ſuum nō eſſe intelligit, qua temeritate nomen ſibi de opere alieno
uendicet? Ille ergo ſanctificat nomen domini uere, qui ab ipſo uſurpando ſibi *Sanctificare nomē domini.*
temperat. Hoc facit, qui opus omne bonum agnoſcit nihil prorſus ad ſe perti-
nere, ſed ad ſolum deum: ut ſit iuxta pſal. Sāctus quoq; in operibus ſuis. Ecce
hoc eſt præceptum ſecūdum: Non aſſumes nomen domini dei tui in uanum.
Hoc oramus, dicentes: Sanctificetur nomen tuum, hoc eſt, quod pſal. cx. dicit:
Sanctum & terribile nomen domini.

At impij iſti iuſtitiarij, temere irruentes, nomen domini ſine fine polluunt,
dum ſibi iuſticiam, uirtutem, ſapiētiam tribuunt, & in his nomen ſuū libenter
audiunt. Ex quibus illud ſequitur, q̃ quo pluribus donis dei quiſpiam eſt ad- *Periculoſius uiuit pluribus donis dei adornatus.*
ornatus, eo periculoſius uiuit, nec ſit ulli hominum tam neceſſarius timor dei,
ne polluat nomen eius, & ſibi tribuat quicq; de his quæ dei ſunt, aut tributum
ab alijs patienter ferat. Hæc eſt illa tentatio a dextris, ubi cadunt decem milia:
Sagitta, ſcilicet uolans in die, & dæmonium meridianum. Propter quam ſo-
lam cauſam, ſanctus Gregorius audet in multis locis aſſerere, omnium ſancto- *Sāctorum opera immunda.*
rum bona opera eſſe immunda, q̃ uidelicet a nomine domini ſatis abſtinere
nequeant, nec tam ſanctum ac terribile habeant, q̃ haberi debeat, niſi plene
mortificata ſit naturæ paſſio, quod in hac uita non perficitur. Quotus quiſq;
enim eſt, qui ad nomē & laudem ſui terretur & expaueſcit, tanq̃ a re dei ſacra-
tiſſima, quā terror ſit attingere? Quin ſuauiter ridemus, ac ſicut porci patiēter
ſuſtinemus confrictionem eiuſmodi laudis.

Sed ubi illi parebunt, q uelut Gigātes, monte monti impoſito & turri Baby- *Dominatio, amplitudo, ſanctitas, ſummus, maximus, diaboli filij.*
lonis extructa, cōtra dominum, & nomen eius belligerātes immenſa libidine
laudis & famæ inſaniunt, ut dn̄o tam opus q̃ nomen penitus auferant, ſibiq;
ſolis uendicent: Interim aliud nō garrientes, q̃: Sanctificet̃ nomen tuum: Soli
deo gloria: Deo gratias: In noīe domini, Amen. Et ſic ſimilibus fucis & ſtibio
oculos Iezabelis ſuæ tingentes, pingētes, fingentes. Adeo, ſcilicet mundus re-
fertus eſt rapina æqualitatis diuinæ, prophanatione nominis dei, pollutione
gloriæ dei, & non eſt qui intelligat, adeo ut pro nomine dei, cōtra nomen dei
horribiliter etiam pugnent & implacabiliter diſſentiant.

Calices, pallas, lintea Eccleſiarum & altarium, quanta eſt religio tangi a lai-
cis, q̃ uidelicet ſint conſecrata in nomine domini? At ipſum nomen domini *Qui polluant nomē domini.*
quo omnia conſecrātur, nemo fœdius polluit & cōſpurcat, fœdiſſimi, ſcilicet,
affectus gloriæ contactu, q̃ illi ipſi execrati conſecratores, reprobi iuſtitiarij,
uaniſſimi iactatores operum & uerborum ſuorum. Igitur ille uenerabiliter di-
ligit nomen domini, q pia reuerentia trepidat a laude & nomine bono, tanq̃
ab unguento illo abſtinens, quod Exodi. xxx. præcipitur ſanctum haberi, nec
ſimilem eius compoſitionem fieri, nec carnem hominis ungi ex eo, ſed ſolum

tabernaculum & uaſa eius &c. Qui enim ſic nomē domini colit & ſanctificat, rurſum ſanctificabitur ab eo. Iuxta illud pſalmi. xvij. Cum ſancto ſanctus eris. Non ſolum autem ita reueretur nomen domini, ne tangat, ne uſurpet, ne un gat ſe illo, ſed cupit omnibus idem nomē hoc modo ſanctum & terribile fieri, atq; ut hoc fiat, nihil omittit ſiue faciendo, ſiue patiendo. Sic ſanctū Thomam Aquinatem legimus, quoties ſui laudē audiret, ſe ſub ueſte ſua cruce ſignaſſe: optima certe & pia reuerētiæ cōſuetudo. Summa omnium, ea quæ dicta ſunt, uulgo dicūtur in hunc modum: ne quis in proſperis eleuetur. Breue & facile uerbum dictu, ſed obſcuriſſimum & ꝓfundiſſimum intellectu, nec niſi exper tis cognitum. Sicut pſalmus. cx. dicit: Sanctum & terribile eſt nomen eius: initium ſapiētiæ timor domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in ſeculum ſeculi.

*Sūma dictorū*

*Intelligere timorem dei.*

Qui uero timorem domini non intelligunt, niſi eam qui a craſſis peccatis & uoluptatibus metu penæ abſterret, nihil intelligunt, nec unq; diſcent glo riari in dn̄o: cum timor domini is ſit, q̄ timemus ne quicq; eorum quæ domini ſunt, id eſt, uirtutem, & nomen nobis arrogemus, & arrogantes polluamus, non ſecus atq; res ſacras tangere ueremur ne polluamus. In q̄ timore ſic proſi ciendum eſt, ut non ſolum temporalia, ſed & ſpiritualia bona nō uſurpemus nobis, nec in is quicq; noſtrum eſſe ſciamus, niſi uſum ipſum neceſſarium ꝓ nobis & ꝓximis ſolius largitate dn̄i nobis conceſſum, pia reuerentia poſſiden dum, & in ipſum cum fideli gratitudine referēdum. Qui tales ſunt, eorum lau datio manet in æternum laudatio eorum: Scilicet, ꝙ non ſeipſis nec ullis homi nibus laudantibus gloriātur. Sed iuxta Paulum. j. Cor. iiij. A deo ſolo uolunt laudari: Tunc, inqt, erit unicuiq; laus a deo. Et pſal. xxxiij. In dn̄o laudabitur anima mea. Et rurſum. ij. Cor. x. Non enim qui ſeipſum commendat, ille pro batus eſt, ſed quem deus commēdat, hos autem ſolos, deus laudat & commen dat, qui laudem quamcunq; abs ſe in ipſum retulerunt: nec uoluerunt uideri opera ſua, niſi ut glorificetur pater eorum in cœlis, cuius nomen dilexerunt. Quare rurſus ipſe laudat & glorificat ſicut dicit. j Reg. ij. Qui honorificauerit me, glorificabo eum. Et qui contemnunt me, erunt ignobiles.

*Notatu digna*

*A deo laudantur.*

Arduiſſimum autem eſt, ſed neceſſarium, a ſolo deo expectare laudem & nomen, amiſſis interim omnium omnibus nominibus, & ſi quæ contige rint, uelut non contigerint in deum relatis, nec niſi pro aliorum ſalute cum timore toleratis potiusq; poſſeſſis. Hoc nimirum eſt ſeruire domino in timo re & exultare ei cum tremore: Nec deſperare tentatum, nec præſumere conſo latum: ut iam ſæpe diximus.

Quoniam tu benedices iuſto domine: ut ſcuto bonæ uolunta tis tuæ coronaſti nos.

Hieronymus ſic: Quoniam tu benedices iuſto domine, *ut ſcuto placabilita tis coronabis eum.* Pronomen Tuæ, omittit, & pronomem Eum, aptius eſt q̄ Nos, refert enī iuſtum. Videtur etiā mihi genitiuus in ablatiuum rectius mu tari, ut ſcuto, placabilitate coronaſti eū. Verū maior uis in diſtinctione ſita eſt: Noſtra enim tranſlatio incipit ultimum uerſum a uocatiuo, Domine, qui he bræis eſt finis medij uerſus. Habet uero hic uerſus, paulo alijs uerbis eundem ſenſum, quem ultimus uerſus pſal. iij. Domini eſt ſalus, & ſuper populum tu um benedictio tua. Vnde ſicut illic Epitaſis & Emphaſis in ꝓnomine, Tua, &

genitiuo

genitiuo Domini: Ita hic in ꝓnomine, Tu, & uocatiuo, Domine, obſeruãda.
Cuius intellectus pẽdet ex antitheſi utriuſq; generationis, piæ & impiæ. Impi
am benedicunt homines, & maledicunt piam: At piam, Tu benedices dñe,
ſicut ſupra pſal. iij. uerſu ultimo expoſitum eſt latius.

Reddit autem rationem uerſus præcedẽtis, in quo dictum eſt, lætari omnes
ſperantes in deum, tempore aduerſitatis, exultare, & curæ eſſe deo: In proſpe-
ris uero gloriari in dño, omnes qui diligunt nomen eius. Quod ideo faciunt,
quia ſciunt te unum eſſe, q iuſto benedicat. Qua ſcientia eruditi, contemnunt
benedictiones & maledictiones hominum, qui eos tantum benedicunt, qui
ſuum proprium nomen diligunt, eos uero qui ſolius domini nomẽ diligunt,
id eſt, iuſtos ſemper maledicunt. Quare non otioſe addit, iuſto, manifeſte ad-
uerſarios impios indicans, quibus nõ deus, ſed homines benedicunt contraria
benedictione. Vbi iterum in ſpiritu loquẽtis Prophetæ uerba obſeruãda ſunt,
ꝙ ſicut ſuperius appellauit eos operarios iniquitatis, malignos, impios, qui ni
hil minus ꝙ̃ hanc ſpeciem malam coram hominibus & in oculis ſuis habent,
ſed habent ſpeciem pietatis, uirtutem eius abnegantes: Ita iuſtos appellat eos,
qui in ſpiritu tales ſunt, nihil minus hominibus ꝙ̃ iuſticiæ nomine digni uiſi,
ut quos oportet eſſe ſtultos, malos, inſanos corã ſpecioſis illis ſanctis, qui ſua-
rum benedictione uirtutum ſibi ſecuri ſunt. Qui morbus ſeu potius impetus *Morbus in Ec-*
impietatis in Eccleſia hodie uſq; ad deſperationem remedij præualuit. Adeo *cleſia deſpe-*
quicquid magnatibus uiſum eſt, abunde inuenit benedictores ſuos, tanꝙ̃ deo *ratus.*
ipſi ſimul uiſum ac placitum. Contra quod ſi mutias aut dubites, neceſſe ſit te
mox hæreticum, & filium diaboli, filium perditionis ſine timore pronunciari.
Sic hodie patitur nomen ſanctum & terribile dei: Sic proſtituitur inſaniſſimis
cupiditatibus hominum, ſic ſeruit immaniſſimæ tyrannidi Turcorum Eccle- *Turci Eccle-*
ſiaſticorum peſſimorum, factum prorſus operculum omnium nequitiarum, *ſiaſtici.*
omniumq; malorum. Ita ut nihil horribilius uideri poſſit ſi oculos ſpiritus ape *Commutatio*
rias, ꝙ̃ ꝙ nomini dei tribuuntur, non niſi ſumma, infinita, diabolica opera: *nominum dei*
rurſum diabolico nomini, non niſi optima & Chriſtianiſſima opera. Neq; enĩ *& diaboli.*
hodie licet, ſi cui teterrimo facinori, quiſpiam adulator Magnatum præfixerit
nomen domini, & autoritate dei, Chriſti, & Apoſtolorum, diaboli ſui ſtudia
adduxerit, reſiſtere & reprobare: Sed niſi hæreticus exuri uelis, hunc Satanam *Quibuſdã bul*
& Antichriſtum propter nomen Chriſti prætextum oportet adorare & pro di *lis Antichri-*
uinis operibus celebrare. Contra, ſi quid moliatur deus monſtris illis contra- *ſtum adorare*
rium in nomine domini, prorſus nõ licet huic fauere, conſentire, aſſiſtere: Sed *compellimur.*
diaboli autoritate & noĩe iſta geri oportet credere, & dicere. Quid enim aliud
mereretur furẽs noſtra in Chriſtum ingratitudo, ꝙ̃ ut in ſenſum reprobum tra
diti, peccato blaſpemiæ in ſpiritum ſanctum hic & illic irremiſſibili, ſine fine,
ſine timore permittamur peccare, deum ſub noĩe diaboli damnantes, & diabo
lum ſub nomine Chriſti adorãtes? Iuſtus es domine, & rectũ iudicium tuum.
Si enim gentes, ꝙ cognito deo gratias non egerunt, ſic tradidit deus in ſenſum
peruerſum, ut mõſtra illa quæ Ro. j. Apoſtolus recenſet, patrarent. Si Iudæos
ita percuſſit ꝙ Chriſtum non ſuſceperunt, quãto malo nos eramus digniſſime
feriendi, qui ſuſceptum & nomen eius profeſſi, tanta malitia ſubuerſi, nomen
eius illudimus & cõſpurcamus? At hæc quantæ putamus eſſe cruci ijs qui di-
ligunt nomen domini? ꝙ̃ horrendũ uiuere in hoc tempore & nominis diuini
has intolerabiles contumelias audire & uidere?

Diſcamus

*Aduerſantia iudicia dei & hominum.*

*Nota bene religioſiſſimam doctrinam.*

Diſcamus itaque nos interim, & ob oculos ponamus aduerſantia illa li
iudicia dei & hominum, ne erremus cum inſipientibus, neue conſilium dei
ignorantes, deficiamus. Stat firma ſententia: Qui uolet iuſtus fieri, peccator fi
at neceſſe eſt: qui uolet ſanus, bonus, rectus, deniq; deiformis, Chriſtianus
Catholicusq; fieri, inſanus, malus, peruerſus, denique diabolicus, hæreticus,
infidelis, Turca fiat, & ut Paulus dixit: Qui uult inter uos eſſe ſapiens, ſtultus
fiat, ut ſit ſapiens. Stat inq; hæc ſententia firma, quia ſic eſt uoluntas in cœlo,
q; per ſtultitiam ſapientes, per malitiam bonos, per peccatum iuſtos, per per
uerſitatem rectos, per inſaniam ſanos, per hæreſim Catholicos, per diaboli
cam formam deiformes facere propoſuit. Quæris quo modo? cito & breuiter
dicetur: Talis non poteris fieri in deo, qualis uis, niſi talis prius fias, in teipſo
& hominibus qualem ipſe uult: Vult autem te fieri in teipſo & hominibus
hoc quod uere es, id eſt, peccator, malus, inſanus, peruerſus, diabolicus, &c.
Hæc nomina tua, hæc res tua, hæc ueritas ipſa, hæc humilitas eſt, quæ ubi fa
cta fuerint, iam talis es coram deo, qualis tu uolebas, id eſt, ſanctus, bonus,
uerax, rectus, pius, &c. Hac ratione alius tibi & hominibus, alius ſoli deo
eris. Quid ergo miraris? quid turbaris ſi uel tibi uel hominibus diſplices?
quibus niſi diſpliceas deo placere non poſſis. Si adhuc hominibus placerem
(inquit Paulus Galathas. j.) ſeruus Chriſti non eſſem. Sed id nos fallit, q;

*Fallitur Chriſtianus populus.*

homines eſſe non arbitramur duces Iſrael, & eos qui horum ſtudio inſani
unt, quaſi ignoremus ſub nomine Chriſti, etiam Apoſtolis ipſis fuiſſe inſidia
tum a Pſeudoapoſtolis, adeo ſecure nos falli delectat, nomine beatorum Apo
ſtolorum & Apoſtolicorum, modo liceat eis placere. Vt impleatur illud pſal
mi. xiij. Deus diſſipauit oſſa eorum qui hominibus placent, confuſi ſunt,
quoniam deus ſpreuit eos. Et Iſaiæ. iij. Populę meus qui te beatum dicunt,
ipſi te decipiunt, & uiam greſſuum tuorum diſſipant. Obſecro q; robuſta & li
bera hæc diffinitio: decipiuntur omnes qui laudantur, laudatores ſunt dece
ptores? Quis non expaueſcat laudari? quis non optet uituperari? Illi ne ſolire
cte ducunt, ac docent, qui noſtra arguunt & miſeros nos dicunt? uere ita ha
bet. Nam & Apocalipſi. iij. Genio Laodiciæ dicitur; Dicis quia diues ſum &
locupletatus, & nullius egeo: Et neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, & pau
per, & nudus, & cæcus.

*Hominibus nõ placendũ.*

Iſtis autem ſic habentibus, diligentiſſime cauendum eſt cuiq; Chriſtiano,
ne turbam turbæq; ſecutus iudicium, eum contemnat, uel laudet, qui homini
bus uel laudatus uel uituperatus habetur, periculum eſt enim hic ne incurra
tur in dominum gloriæ, q cum ſceleratis reputari uoluit, & cum ſic reputatis
manet uſq; ad conſummationem ſeculi. Quia peccatores coram hominibus
ipſe iuſtificat, & ſanctos ſeculi damnat. In illis enim, amiſſo eorum nomine
habitat nomen dei ſanctum & terribile, quo ſanctificãtur. In his, eiecto nomi
ne dei, ineſt nomen hominum prophanum & abominabile, quo polluuntur.

*Nõ licet ſeipſum dãnare.*

Eadem ratione, nec teipſum licet contemnere, ac de te deſperare, eo minus,
quo miſerior in teipſo fueris. Nam dum nullum peccatorem licet iudicare ac
damnare, nec de eo deſperare: nec teipſum licet iudicare ac damnare, ſiue tibi
ſiue hominibus factus fueris peccator: non aliter neque licet tibi te laudare
ac iuſtificare, nec de te præſumere, ſiue tibi ſiue hominibus aliquid eſſe uide
beris, ſed de ſolo deo gloriari, & in nomine eius delectari, quod bonum eſt
in conſpectu ſanctorum ſuorum.

Credo

Credo autem ſatis notam Synecdochen figuram, ꝙ iuſto ſingulari numero pro iuſtis plurali dicitur, ſeu pro generali ſentētia diſtribuendo: Benedices iu/ ſto, id eſt, quicūq; fuerit iuſtus. Deinde benedicere uſu ſcripturæ eſſe idē quod laudare, glorificare, bona optare, bene precari. Contra maledicere, uitupera/ re, malum optare: Quod ſi a deo fiat, res eſt & factum; quia ipſe dixit & facta ſunt, ſi ab hominibus nihil ſequitur.

*Ex hoīm ſiue benedictioni= bus ſiue ma= ledictionibus nihil ſequitur*

Iuſtus uero ex multis iam dictis pſal. j. in ſpiritu & abſcondito dicitur, qui non in ſuis nec hominum, ſed dei oculis iuſtus eſt. Hic eſt qui credit & fidit in deo, de quo recte dixeris: Iuſtus eſt peccator, ſed diuerſo theatro & conſpectu, ut diximus.

Vt ſcuto placabilitatis coronaſti eum, hoc eſt circundediſti eum: Iuxta illud pſal. cxxiiij. Dominus in circuitu populi ſui. Et. xxxiij. Immittet angelus do/ mini in circuitu timentium eum. & Deutr. xxxij. Circunduxit eum & cuſtodi uit ſicut pupillā oculi. Verū & hoc inſenſibiliter agitur, in ſpū, cum ſenſibiliter ſentias illud pſalmi. cxvij. Circundantes circundederunt me, ſicut apes &c. Quare fide apprehendenda eſt placabilitas, bona uoluntas, beneuolētia iſta dei, ne deficiamus, cingēte nos in modum coronæ Saule noſtro. j. Reg. xxiij. Ita uidemus uariam dei in nos conſolationem, ſed in ſpiritu, ut ꝓuocet nos ad fiduciam ſui, ſicut Deutr. xxxij. Quaſi aquila ꝓuocans ad uolandum pullos ſuos, & ſuper eos uolitans: Sic enim aſcendit ſuper Cherubin & uolat, uolat ſu per pennas uentorum, pſalmo. xvij.

Atq; hæc uerboſiſſime (nec tamen ſatis digne) de his affectibus, fidei, ſpei, charitatis, gaudij dicta ſint, ad quæ cū deinceps occurrerint, remittemus, ut ſe/ mel prolixitate abſoluta, poſt hæc breuiores ſimus. Sitq;, cum hoc quinto pſal/ mo finito, hic primi ſtadij modus, ut recreati paruula quiete, ad ſextum alacri/ ores ueniamus.

Et quoniam uiſum eſt hoc loco paulum ſubſiſtere, propter nonnullorum uſum, adijciemus coronidis uice, duos uerſus per eccleſiam cantatiſſimos in fi ne pſalmorum, Gloria patri & filio &c. quando ipſi penitus affines ſunt, ulti/ mis duobus huius pſalmi uerſibus, in quibus nomen domini glorificandum & diligendum doctum eſt.

**Gloria patri & filio & ſpirituiſancto. Sicut erat in principio & nūc & ſemper, & in ſecula ſeculorum Amen.**

In uerſibus religioſiſſimis erigendus eſt affectus, ut quod pſallitur uoce, pſal latur & mente & ſpiritu. In quibus ſumma omnium orationum & affectuum comprehenditur, non ſecus atq; in prima dominicæ orationis parte (Sanctifi/ cetur nomen tuum) omnes ſequentes. Et in primo decalogi præcepto omnia ſequentia. Ita ut ſicut primū præceptū metrum & menſura eſt omniū aliorū, & prima oratio omniū orationū: Ita huius uerſus affectus primus & ſummus eſt eſt oīm affectuū. Neq; eñi quicq; orari debet, quod nō primū in gloriā maieſta tis referat, ut ſanctificet nomē eius: Nec quicq; fieri in opere, in quo nō primū quærantur, ea quæ dei ſunt, ut ne habeat deus alienus. Ita nullius affectu debe mus impenſius moueri ꝗ̃ gloriæ dei. Deniq; hoc uerſu, ſi ſpiritu & mente pſal lemus, breui compendio abſoluemus, totam illam ſacrificiorū ueteris teſtamē ti turbam. Quid enim aliud erat, deo offerre pecudes mortificatas, niſi nos car nales hoīes peccato mortuos offerri deo, uiuentes iuſtitiæ in laudem & gloriā gratiæ ſuæ?

*Impēſiſſimus affectus no= ſter ſit in glo riā dei.*

gratiæ ſuæ: ſicut Oſee ult. dicit: Tunc reddemus uitulos labiorum noſtrorum
Et pſal. l. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, tunc imponent ſuper altare tu
um uitulos. Et heb. per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis, id eſt fructum la
biorum confitentium nomini eius. Nec aliud eſt noui teſtamenti ſacrificium
ꝗ huius uerſus. Ita ut & altaris ſacramentum appelletur Euchariſtia, id eſt, gra
tiarumactio, ꝙ in eo officio huius uerſus uim & affectum proprie perſolui
mus. Non enim ſatis eſt cõmunicare corpori dominico, niſi in memoriam eius
id faciamus ſicut præcepit. At ꝗ multi ſunt qui hunc uerſum quotidie murmu
rant, tam pauci ſunt, qui id quod ſignificat adimplent. Quare neceſſe eſt unum
quenq; ſeipſum obſeruare & admonere huius uerſus monitorio & inuitato
rio quidnam deo debeat.

*Euchariſtia, id eſt, gratiarumactio.*

*Qualiter formandus affectus, in orãdo hos uerſus.*

Igitur tribus perſonis dicimus, non gloriæ, ſed gloria, ꝙ æqualis ſit gloria
eademq; unius & trini dei, ſicut una maieſtas & diuinitas, in quo dei ueri no
men ſanctum reuelatum confitemur. Vbi fides ſumma neceſſaria eſt, quæ &
hoc uerſu exercenda proponitur, incõprehenſibilia ſunt enim quæ loquimur
& ſumma noſtræ fidei capita. Verum ut ad uſitata nos accõmodemus, placet
interim: ꝙ Patri potentia & uirtus, Filio ſapiẽtia & conſilium, Spirituiſancto
bonitas & charitas tribuatur, atq; his notionibus apprehendantur. Vt qui pſal
lit gloriam patri, ſuam ſimul offerat uaniſſimam gloriam, confeſſus ſuam infir
mitatem & impotentiam, nec optet fortis & potens eſſe niſi in deo patre: dum
pſallit gloriam filio, abominetur ſuam ſapientiam & conſilium, mactatiſq; his
beſtijs, offerat, confeſſus ſuam inſipientiã & ſtultitiam, nec optet ſapiens, pru
denſq; haberi, nec apud ſe, nec apud homines, niſi in deo ſuo filio: dum pſallit
gloriã ſpirituiſancto, ponat fiduciã iuſtitiæ & bonitatis ſuæ, peccata confeſſus,
optetq; ex deo ſpirituſancto iuſtus & bonus fieri, mactetq; opinionem beſtia
lem ſuæ iuſtitiæ, Ita fit, ut omnia deo, nobis nihil relinquamus, niſi confuſionẽ
& confeſſionẽ malorũ, & nihili & miſeriæ, noſtrorũ: Ita iuſtificati ſumus, red
dentes unicuiq; quod ſuum eſt.

*Mactare beſtias.*

Verum nullus ita ſapiat, ut ſeſe credat digne poſſe hũc uerſum pſallere: Sed
magis optatiue ꝗ indicatiue pſallat, ut ſit ſimul oratio, laus, & grãrumactio,
cum nemo ſine uana gloria, uirtutis, ſapientiæ, bonitatis ſuæ ſit, nec ullus repe
riatur, qui non aliquid deo detrahat gloriæ, impureq; ſacrificet hoc ſacrificiũ.
Hoc autem ſic orandum eſt, ut communis ſit oratio, ſicut olim & nũc & ſemp
& in ſecula ſeculorum, hoc eſt, ut optet omnem creaturam ab initio uſq; in æter
num, ſecum glorificare deum, in quo pro omnibus & cum omnibus oratur,
laudatur, glorificatur deus, quæ eſt oratio gratiſſima & efficaciſſima, quia com
muniſſima, in quo, id quod, in nobis deeſt, ſuppletur per communionẽ om
nium ſanctorum, & præcipue Chriſti: in qua uniuerſitate, tutiſſimum eſt con
cinere, ubi uocis noſtræ defectus, multitudine perfectorum, iuuatur, & per
ficitur. Vnde impoſſibile eſt hominem uanæ gloriæ deditum hũc uerſum pſal
lere, niſi uelut horribili ruditu totam hanc iucũdam harmoniam uniuerſæ cre
aturæ confundat, quo ſibijpſi malum in caput prouocat & accelerat. Nõ enim
tolerabilis eſt importuna iſta diſſonãtia, dei melodiam interturbãs. A qua per
dita gloria nos liberet, ipſe Chriſtus gloria noſtra in ſecula. AMEN.

Pſalmus